



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

16. De Indulgentiis quæstiones sex.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

TRACTATUS DECIMVSSEXTVS, F
De indulgentijs in sex Questiones diuisus.

S Y M M A R I A.

- 1 Num indulgentiæ fiant de thesauro meritorum Christi & Sanctorum.
- 2 Num dare operam ad consequendas indulgentias sit imperfectionis.
- 3 Num occurrenti pauperi negans elemosynam, quam tamen dat pro indulgentia consequenda, peccet.
- 4 Num indulgentia absolueda ab iniustus penitentibus absoluat à pena debite peccatis apud diuinam iustitiam.
- 5 Num indulgentijs liberentur defuncti à pena Purgatorij.
- 6 Num Papa auctoritate clauium det indulgentiam animabus in Purgatorio.

Q V A E S T I O I.

De thesauro indulgentiarum.



trum indulgentiæ ecclesiæ sūt de thesauro meritorum Christi & sanctorum. Et videtur, quod non. Primo, quia indulgentia non esset indulgentia seu remissio, sed satisfactio & persolutio usque ad nouissimum quadrantem per aliorum opera.

Et sequitur ulterius, quod omnes negat, scilicet quod concedens oneret se ad satisfactionem: et probatur sequela: quia sic papa non remitteret, sed satisfaceret per alios.

Secundo, quia sic virtute clauium non fieret absoluitio, sed translatio operum contra verbū Christi, Quodcumque solueris & cetera. Et ulterius idem per clauis ageretur, quod de facto fit: quia si sunt opera sanctorum in thesauro ecclesiæ, non permituntur ostiosa à spiritu sancto, sed de facto succurrerent quibus possunt.

Tertio, Nulla sanctorum opera sunt relicta irremunerata: ergo. Antecedens probatur, tū quia non sunt condigne passionibus huius temporis ad futuram gloriam: tū quia secundum hoc supererogationis non remunerantur in sanctis, sed in nobis: ac per hoc minora essent remunerata & maiora non. Et si dicatur, quod eadem opera sunt etiam in ipsi sanctis remunerata: ergo nulla sunt eorum opera irremunerata relicta.

Quarto, Nullus sanctorum sufficenter impleuit in hac vita mandata Dei: ergo nihil fecerunt superabundans, ergo nihil reliquerunt pro indulgentijs. Antecedens probatur primo per illud Christi. Qui feceritis omnia que scripta sunt, dicite, serui inutilis sumus: sed seruis inutilis non vltra, sed citra fecisse intelligitur. Secundo, per illud Matt. 25. quod sapientes virgines noluerunt communicare de oleo suo, timentes ne ipsis deficeret. Tertio, omnis sanctus debitor est Dei diligendi quantum potest, imo vltra quam potest: sed nullus id fecit aut potuit, ergo.

Quarto, sancti per Martyrium (quod est opus perfectissimum) non faciunt vltra quā debent, imo vix faciunt quod debet, ergo multo minus in alijs operibus plus fecerunt quam debuerunt.

Quinto, quia sine scripturis, doctoribus atque rationibus oppositum dicitur.

Probatur quoque idem auctoritate sanctorum, primo Augusti. omnibus sanctis conuenit dicere, Dimitte nobis debita nostra, sed qui consentitur debita, non superabundant, ergo.

Secundo auctoritate Hieron. tractantis contra

relig. illud, Beatus vir, cui non imputatur Dominus peccatum: infra, pro hac orabit omnis Sanctus in tempore opportuno. Quomodo est sanctus, si pro impietate sua orat? et si est impius, non sanctus. Itaque sancti per orationem & confessionem tuam impietatis merentur sibi non imputari peccatum.

Tertio, Aug. lib. 1. retract. c. 19. Omnia mandata impleantur, quando quicquid non impletur, ignoscitur. Negat. n. sanctos implese perfecte mandata Dei, dicens magis ignoscere Deo quam implere.

Quarto, August. confel. lib. 9. Vae hominum uite quantumcumque laudabili, si remota misericordia iudicetur iuxta illud Iob: si est iustum quippiam habuero, iudicem meum deprecabor.

Quinto, secundum August. nullus sanctus in hac vita sine peccato fuit: iuxta illud primæ Ioannis 1. Si dixerimus, quia peccatum non habemus, & c. ergo merita sanctorum nulla sunt superflua.

Et si dicatur quod sanctis habentibus aliquod veniale potuerunt plura facere, quam debuerunt: contra, Opus bonum optime factum est veniale peccatum: ergo semper minus, quā debuerunt fecerunt, & peccauerunt. Antecedens est ex Aug. ubi supra, Omnia mandata impleantur, & c.

Deinde arguitur, quod dato quod sint superflua sanctorum merita, non prodesset: quia, unusquisque propriam mercedem accipit secundum proprium laborem, non secundum aliena, ut ad Romanos

tertio, dicitur. Nec digne ab ecclesia expendentur: quia solutio pœne est utilissimum ecclesie donum. Nec pie ecclesia ageret relaxando pœnas: castigare enim alios potius est pietatis, quam remittere pœnas.

Denique probatur, quod merita Christi non sunt thesaurus indulgentiarum. Primo, quia assertio illa est sine auctoritate Scripturæ. Et si afferatur auctoritas R. ecclesie remaneret periculum exponendi ecclesiam hereticorum irrisioni dum non possemus reddere rationem de hac; que in nobis est, fide, atque spe.

Secundo, quia locum habent primo inducere rationes et hic, si quod indulgentiæ non essent indulgentiæ, sed satisfactioes per alium: & tamen canonicum dicit, per indulgentias penitenciales satisfactio enervatur, de pœ. & c. cum ex eo non dixit mutatur, sed enervatur. Et similiter clauis non soluerent, sed transferrent pro alio impium est autem dicere clauis non soluerent: si soluant totum tollunt, non transferunt. Et similiter merita Christi de facto idē operantur, quia non sunt otiosa.

Tertio, quia insignis fieret irreuerentia meritis Christi, si solum pro pœnæ relaxatione expendere tur, cum ipse per ea fuerit exemplum omnium martyrum, vilissimum quippe est remissio pœne.

Quarto, S. Tho. & Bonauē. dicunt opera nostra bona meliora esse quā indulgentias, & merita Christi expendi per indulgentias. Et merita Christi esse multo meliora bona, quā opera nostra bona: constat ergo, quod meliores sunt indulgentiæ quam nostra opera bona, quod est contrarium primæ propositioni. Aut ergo indulgentiæ non sunt merita Christi: aut omnis omnibus indulgentiæ sectada sunt, scilicet Christi merita.

Quinto, Consultatur cōtra a doctoribus, quod post indulgentias nihilominus sit ieiunandum: quia nemo scit utrum odio, vel amore dignus sit ieiunare sic, aut ista sententia est impia in Deū & ecclesiam; aut merita Christi non sunt thesaurus indulgentiarum. Primo, quia sic clauis ecclesie nihil faciunt certis

quod

quod est blasphemia: & indulgentia eēt incerta do-
natio; ac per hoc impia illufio ab ecclefia fieret, aut
poft indulgentia ex meritis Chrifti & fanctorū de-
beret quickere ab operibus fuis. Secundo, quia fi
per indulgentias impēduntur merita Chrifti & ad
huc incertus fum de remiffione peccatorum, aut
credo opera Chrifti applicata & donata mihi eſſe
fufficiētia ad remiffionem, aut dubito. Si credo,
iam non eſt amplius ieiunandum: quia non debeo
mea opera meliora putare, quam Chrifti opera. Si
dubito, quid hoc dubio execrabilius? Et cōfirmat;
quia merita Chrifti nulla proportione bonitatis ex
cedunt opera noſtra; ac per hoc aut ipſa non ſunt
theſaurus indulgentiarum, aut indulgentiaſ preſe-
rendę ſunt omnibus operibus diuinorum prece-
porum, niſi iniuria fiat meritis Chrifti.

Sexto, quia ipſa appoſito meritorum, & fan-
ctorum minus conſonat, quaſi merita Chrifti non
ſufficiant.

Septimo, Nulli datur gratia contritionis quin ſim-
ul ei dentur merita Chrifti, ergo ſine indulgen-
tijs habet quis theſaurus meritorum.

Octauo, Si meritum Chrifti eſt theſaurus indul-
gentiarum, ergo remittet mortem eiusque poenas.
Probatuſ ſequela, tum quia alioquin eſſet infirmus;
tum quia potens eſt remittere penam æternam.

Demum arguitur, Si abſoluerē in indulgentiis
eſt diſpenſare theſaurū Chrifti, ergo alię etiam ab-
ſolutiones diſpenſabunt theſaurum Chrifti: & pre-
cipue ab excōmunicacione, quando quis particeps
ſit meritorum Chrifti & eccleſiæ.

Præterea, Si abſoluerē in indulgentiis eſt diſtri-
buere theſaurum Chrifti, ergo ligare eſt includere,
vel colligere theſaurum Chrifti: quod tamen non
ſpectat ad poteſtatem clauium, quia ſine omni in-
dulgentiarum actu hoc fit.

In oppoſitum eſt ſententia ſacrorum Doctōrū.

Ad euidentiam huius quæſtionis monſtrandū,
eſt merita Chrifti & fanctorum eſſe theſaurum in-
dulgentiarum, & qua ratione hoc notū ſit, & quid
ſit, & propter quid ſit. et quidem merita Chrifti &
fanctorum eſſe theſaurum indulgentiarum, autho-
ritate apoſtolica tenemus, in extrauagantiſ ſiquidē.
Clementis ſexti de poen. & reuigilantijs dicitur de
theſaurō meritorum Chrifti. Quem quidē theſau-
rum per beatum Petrum cœli clauigerum cuiusque
ſucceſſores ſuos in terris vicarijs commiſit fidelibus
diſpenſandum, & proprijs rationabilibusq; cau-
ſis nunc pro totali, nunc pro partiali remiſſione pe-
nę temporaliſ pro peccatis debita, tam generaliter
quam ſpecialiter prout cum Deo expedire cogno-
ſcerent, vere poenitentibus & confeſiſ miſericor-
diter applicandum: ad cuius quidē theſauri cumu-
lum beatę Dei genitricis & omnium electōrū me-
rita adminiculū præſtare noſcuntur. Hęc ibi: poſt
multa de ſuperabundantijs meritorum dicta. Eſt
autem ex duobus huius decretaliſ authoritas pen-
ſanda. Primo, ex decretis diſtin. 19. in canonicis, vbi
epiſtolis decretaliſ Romanorum pōtiſicum pri-
mus authoritatis locus poſt ſacram ſcripturam de-
cernitur, & ibidem e. r. vbi extrauagantes apoſtoli-
cæ defenduntur. Secundo, ex eo, qd de vna parte ſa-
cramenti poenitentię, ſcilicet ſatiſſactione docet;
conſtat namque extra de hæreticis, ad abolendam,
nulli in materia ſacramentōrū licere diſſentire ab
eo quod Rom. eccleſia facit & prædicat: credendū
eſt igitur, nec in dubium aut opinionem verten-
dum ſic eſſe. Nec ſomniauit aut finxit ſibi Rom. ec-
cleſia theſaurum iſtum indulgentiarum: ſed ex ſeri-

pturę ſacrę authoritate, certa; inde ratione ſacro-
rum doctōrum ſententia probata id habetur.

Ad cuius clariorem notitiam differentia inter
meritum, & ſatiſſactionem prælibanda eſt. Meritū
condigni (de hoc enim ſermo eſt) appellatur op^o
ex quo operans dignus eſt æterna beatitudine, ita
quod debetur ſibi illa iuxta illud Apoſtoli; Bonum
certamen certavi, &c. & ſubditur, reſpoſita eſt mihi
corona iuſtitie, quam reddet mihi Dominus in il-
la die iuſtus iudex. Satiſſactio autem appellatur
voluntaria ſolutio poenę, tunc enim debitor poenę
facit ſatiſſactionem, quando debitam penam exoluit:
adaequando enim ſolutionem debito, ſatis procul-
dubio facit.

Nec meritum & ſatiſſactio adeo a ſe inuicem e-
longatur, ut non cocant ſæpe in unum idemque
opus; nam de operibus ex charitate procedentibus
loquendo, quantum habet opus bonitatis, tantum
habet meriti, & quantum hēt mali poenę, tum hēt ſa-
tiſſactionis. Verbi gratia, Ieiuniū vt opus bonū eſt
meritorium: idemque vt eſt poenale eſt ſatiſſacto-
rium. Hęc eſt formalis differentia inter meritum
& ſatiſſactionem. eſt & alia differentia quo ad effi-
caciā ſeu fructum; nam meritum nō excedit per-
ſonā que meretur ſolo Chriſto excepto, nullus n.
pōt mereri felicitatem æternam alteri, ſed ſibi ſolī,
excepto Chriſto, qui meruit ſuis electis. Et rō affi-
gnatur, quia gratia Chriſto data eſt gratia capitalis
ſeu uniuerſalis; gratia autē reliquorū, eſt gratia: per
meritum enim Chrifti & non aliorum per ſacra-
menta communicatur nobis & nos ſaluat. Propte-
rea paulus dicebat, nunquid Paulus crucifixus eſt
pro uobis aut in nomine Pauli Baptizati eſtis? Satiſ-
ſicere autem poteſt vnus pro altero, ut patet quū
vnus implet ſacramentalem poenitentiam pro alte-
ro. Et ex hac differentia prouenit, quod fanctorum
opera quatenus meritoria fuerunt, acceperunt mer-
cedem ſuam in ipſis ſanctis: quoniam ipſis ſolis p-
fuerunt: quatenus verō ſatiſſactoria fuerunt, pri-
mum quidē ſoluerunt debitam pro illorū peccatis
poenam: deinde ſi plus poenaliſ habuerunt, quā
poena ipſorum peccatis debita exigeret remanſit il-
lud plus tanquam ipſis ſanctis ſuperfluum. Et hoc
plus eſt illud, quod a quibusdam vocatur irremu-
neratum in ipſis ſanctis non propter defectum di-
uinę largitatis, aut operis aut ipſius ſancti, ſed pro-
pter excellentiam ipſius perſonę, quæ ſuperabun-
danter paſſa eſt voluntarie. ex eo nanque, qd perſo-
na patiens nō habet propria poenarum debita pro
peccatis, prouenit qd ſatiſſactiones ſuperflue non
poſſunt in ipſis remunerari, ſeu rectius loquendo
non poſſunt in ipſis habere effectum ſolutionis. Et
quoniam conſtat ſanctos multo plus paſſos, quam
ex peccatis ſuis debuerint pati, conſequens eſt, vt
multa ſatiſſactoria remanſerint ſuperflua ipſis ſan-
ctis. Patet autem ſanctos ſatiſſactorie plus exoluiſ
ſe quam debuerāt pro peccatis ſuis. Tum quia bea-
ta Virgo nulla ſatiſſactione pro ſuis peccatis eguit
(quia nullum peccatum commiſit) & tamen ſa-
tiſſactoria multa ſubiit, eius enim vita cunctas illu-
ſtrauit eccleſias, & de ipſius dolore ſcriptum eſt, et
tuam ipſius animam pertranſibit gladius. Iob quo-
que teſtatur cap. 7. Vtinam appenderentur peccata
mea, quibus iam merui, & calamitas, quam patior,
in ſatera, quaſi arena maris hæc grauior appareret.
et quis eſt tam mentis inops, vt dicat Laurētium,
Vincentium, reliquosq; tanta paſſos martyres, om-
nibus illis poenis indigniſſe, vt ſatiſſacerent pro pe-
na peccatis ſuis debita? Superflua igitur multa
ſatiſ-

D
E

satisfacturi a Sanctis ultra ingens pelagus superflue
tis satisfactione Christi, qui pro totius mundi pec-
catis, vt Ioanes Euangelista testatur, satisfecit: vt et
ex hoc patet, qd si totus mundus post omnium pec-
cata commissa baptizaretur, statim meritorum sa-
tisfactione Christi euolaret ad celum. Et tñ constat,
qd tanta hominũ multitudo damnata indignam se
reddens Christi satisfactione, superflue illam tes-
tatur, quæ pro omnibus sufficeret. Quocir-
ca ex meritis Christi, & Sanctorum quatenus
satisfactoria superfluis thesaurum indulgentiarũ
constitui intelligito, si non vis errare. Et quidem, qd
huiusmodi opera Christi, & Sanctorum satisfacto-
ria remanserint, declaratum est: qd verò remanserint
pro nobis, & quod remanserint dispensanda per
militantem ecclesiam, manifestari oportet.

Et primum. s. qd ad hoc remanserint huiusmo-
di satisfactoria, vt nobis cõicata, pro nobis satisfa-
cerent tanquam si ipsi Sancti viuentes ea intentione
fecissent, vt penas nostris peccatis debitas ipsi
exoluerent, monstratur, tum ex eo, qd non inania
aut inutilia huiusmodi satisfactoria esse debent: es-
sent aut vt satisfactoria in fructuosa, si proprio fru-
ctu (qui est satisfacere) essent priuata, non per ac-
cidens, puta, quia defunt hi, in quib. fructificet per
se, quia. I. suapte natura omnia satisfactoria super-
erogationis essent infructuosa, quia nec in ipsis o-
perantib. nec in alijs effectum habere possent, cõ
ipso qd satisfactoria supererogationis sunt. Tum,
quia ecclesia exigit, vt qualibet suorum ciuim, qd
possunt esse vtilia reipublicæ Christianæ, ordinata
à Spiritu sancto ecclesiam regente, sint ad vtilitatẽ
ipsius ecclesiæ. Constat aut satisfactoria superero-
gationis posse ad vtilitatem ecclesiæ cedere, vt pa-
tet ex eo, quod per propriam intentionem ipsorũ
Sanctorum potuissent applicari hæc ad satisfacien-
dum pro isto, vel illo ecclesiæ membro, debente
satisfacere pro suis peccatis. Consentaneum igitur
rationi est, qd hæc satisfactoria supererogatiue fa-
cta à Sanctis, ad vtilitatem aliorum membrorũ ec-
clesiæ ordinata sunt. Vtilitas aut propria eorum est
satisfacere pro alijs, ex quo pro his, qui fecerint, sa-
tisfacere nõ possunt, dicit aut vtilitas propria, quia
non ex cõibus, sed proprijs iudicandum est de re-
bus. Tum maxime, quia Paulus Apostolus ad Co-
los. I. hoc de suis satisfactorijs testatur dicens, Gau-
de in passionibus pro vobis, & adimpleo ea, quæ
defunt passionum Christi in carne mea pro corpo-
re eius, quod est ecclesia. Vbi clare videre potes, in-
tentionem adimplentis in propria carne passio-
nes deficientes passioni Christi ad conficiendam
mensam à Deo definitam pro ecclesia. Idem aut
est iudicium de Paulo, & alijs Sanctis, vt ex Augu-
stino super Psalm. 68. afferente dictam Apostoli senten-
tiam, patet.

Secundum aut. s. quod thesaurus iste meritorũ
vt satisfactoria sunt, dispensandus sit per summum
pont. facile manifestatur: qm cõmune omni Reip.
est, vt illius princeps dispensator sit communium
bonorum illius Reip. nam sine omni cõtradictio-
ne, cui credita est ipsius Reip. eidem quoque credi-
ta intelligitur dispensatio eorum, quæ ad commu-
ne bonum illius spectat. Huiusmodi autem satis-
factoria constat esse velut bona, quædam commu-
nia ipsius ecclesiæ, vt pote pro ipsa facta, & reli-
cta, vt patet ex dictis. Consequens igitur est, vt
ad eum, qui totius ecclesiæ curam habet, spectet
dispensatio dicti thesauri. Et quia solus Petri suc-
cessor præest toti ecclesiæ, ideo ad solum Ro-

manum Pontificẽ spectat dispensare, nõ pro libro
donare thesaurum istum. Et quoniam per indulgẽ-
tias remittitur pena temporalis debita pro satisfa-
ctione peccatorum (vt dicta extrauagã dicit, nec
Papa potest illam remittere sine sacramento eccle-
siastico, nisi applicando satisfactoria aliorum ad
istum, cui remittit, ideo apostolica sedes in dicta
extrauagante, & sacri Doctores Theologi Spiritus
sancti lumine illustrante concludunt & rõnabili-
ter dictum thesaurum dispensari per indulgentias
Christi fidelibus, qui per charitatem Christi mem-
bra sunt. Vnde euidentissimẽ sequitur, qd indulgẽ-
tia absoluo hunc à tanta pena pro suo peccato
debita, applicat illi tantum ex dicto thesauro
de satisfactorijs, quantum æquiualeat tantæ penæ,
quæ relaxatur, & simul sit opus misericordiæ, re-
mittendo huic penam, & opus iustitiæ, applicãdo
huic satisfactionem aliorũ pro eo, sic. n. terrestris
Hierusalem descendit de celo per imitationem,
quoniam vniuersa via Domini misericordia, &
veritas. Ex quibus patet omnia præmissa.

Ad primam obiectionem in oppositum dicitur,
qd indulgentia secundum diuersos suos actus di-
uersis rationib. exprimitur: nam s. qd est absolu-
tio & remissio penæ, sic iudicis actus est, & dicitur
secundum vero quod est applicatio satisfactionis
ad hunc, sic dispensatio est & dicitur, & secundũ
quod efficit exolutionem penæ apud diuinam iu-
stitiam per applicatam satisfactionem, sic opus iu-
stitiæ est & dicitur. Vnde breuiter responderetur, qd
indulgentia, vt respicit hunc, cui cõceditur, est re-
missio & relaxatio, quamuis vt respicit diuinam
iustitiam, sit solutio vsque ad minimum quadran-
tem. Est enim solutio sed non ab hoc, & istud est
maximæ gratiæ, quod soluatur debitum meũ non
a me. Nec hoc est mirum, aut nouũ in mysterijs
ecclesiæ, quum etiam in Baptismo omnia donari
gratosẽ cõcedamus, eodem modo, scilicet vt om-
nia soluantur non per Baptismum, sed per Christi
meritum, quod illi per Baptismum cõcatur. Cele-
rius dicam, Tanto vinculo iunxit Deus iustitiam
misericordiæ, vt peccatis nostris parcere si uolue-
rit, vt tamen per vniuentum suum Filium suæ iu-
stitiæ satisficeret pro nobis, & hoc abundantioris
gratiæ fuit, vt non solum debita remitteret, sed sa-
tisfactorem daret. Nihil ergo s. m. diuinæ sapientiæ
ordinem adimitur indulgentiarum gratiæ ac mi-
sericordiæ, ex hoc qd interuenit ibi etiam solutio
per Christi & sanctorum merita satisfactoria. Ar-
gumentum vero procedit, ac si hæc duo essent in-
compossibilia: quæ, vt dictum est, se cõsequuntur
s. m. ordinem dispositionis diuinæ, vt ex dictis cla-
re patet. Ad vltiorem vero sequelam, (Largo cõ-
cedens obligat se ad satisfactionem) dicitur qd ne-
que apparentiam habet. Et quum probatur, quia
hoc modo satisfacit per alios, responderetur qd ad
bonum sensum ad mittendo, qd Papa dando in dul-
gentias satisfacit per alios, hoc est, applicat aliorũ
satisfactionem, hinc etiam nulla ratione apparen-
ti sequitur, ergo Papa obligat se ad satisfactionem,
aliud est enim applicare huic alienam satisfactio-
nem, & aliud est obligare se ad satisfaciendum pro
illo sicut aliud est volare, & aliud sedere.

Ad secundam negatur, qd sic virtute clauium ni-
hil fiat, sit nãque non solum applicatio operũ san-
ctorum ad istũ, sed & absolutio istius a pena p pec-
catis suis debita sit, vnde & verbũ Christi, Quodcũ-
que solueris, ad literã adimpleretur. Et similiter ne-
gatur, qd sic virtute clauium nihil fieret, nisi quod
de fa-

de facto fit. Et ad probationem, quia merita sanctorum, si sunt, non relinquuntur a Spiritu sancto otiosa, responderetur, quod huiusmodi sanctorum merita satisfactoria sunt pro ecclesia, & non determinate pro hoc vel illo; & ideo non operantur in hoc vel illo particulari, nisi fuerint applicata ab ipso Deo vel eius vicario ad hunc vel illum. Non ergo de facto operantur absque applicatione: quia sunt cois, nec sunt otiosa: quia ad hoc suapte natura sunt ordinata, & applicata, ut non aliter operentur.

Ad tertiam de operibus sanctorum irremuneratis, dicitur quod communicado in abusu uocabulorum, hoc est, accipiendo irremuneratum, prout sumitur a sic dicentibus, hoc est non sortita sibi fructum in ipsis sanctis. Sic inquam loquendo ridendum est, quod opera bona sanctorum dupliciter sumi possunt, scilicet ut meritoria, & sic omnia sunt remunerata in ipsis sanctis, vel ut satisfactoria; & sic ea que supererogauerunt, non sunt remunerata in ipsis sanctis: sed relicta sunt remuneranda in nobis. Et contra hoc probationes non militant. Non prima, scilicet non sunt condigne passionis huius temporis: quia de passionibus nostris secundum substantiam operis, seu, ut sunt, ex libero arbitrio intelligitur: remuneratio autem respicit opera & passionem ut sunt ex charitate, seu gratia Dei. Non secunda, id est, praeuiat ultra condignum, tunc quia de premio operum: ut sunt meritoria, intelligitur sententia illa: tunc quia non ex defectu largitatis praeuiat, sed ex excellentia sancti operantis prouenit, quod opus sibi ut satisfactorium non remuneratur in ipso Sancto, hoc est non satisfaciunt pro ipso, quia ipse non est debitor poenae pro qua satisfactio fit. Non tertia, scilicet, quod opera supererogationis non remunerantur in ipsis sanctis, sed in nobis, &c. quoniam opera supererogationis ut sunt meritoria, remunerantur in ipsis sanctis; iuxta uerbum Samaritani, Quodcumque supererogaueris, ego cum rediero redam tibi. Sed in quantum supererogant penales, sic propter ipsorum sanctorum excellentiam non potest in ipsis sanctis remunerari. Vnde patet nullum inconueniens sequi, sed omnia consonare, habet. n. redactionis ordo, ut quis prius pro se satisfaciat: & si supererogat soluendo quod non debet, non pro se sed pro alio soluat. Nec ex hoc, quod diximus eadem opera esse remunerata in sanctis & in nobis, sequitur, ergo nulla sunt sanctorum opera irremunerata in ipsis. Nam quum dicitur quaedam esse sanctorum merita relicta irremunerata, non fit distinctio operum, quasi quaedam fuerint eorum opera remunerata, & quaedam alia relicta irremunerata, ut argumentum interpretatur, & male: sed fit distinctio conditionum est unius & eiusdem operis. Et est sensus, quod opera sanctorum in quantum sunt meritoria sunt remunerata in ipsis sanctis: in quantum uero sunt satisfactoria sunt relicta irremunerata, quantum ad illud penalitatis quod supererogauerunt. Vbi patet absque controuersia omnia consonare.

Ad quartam dicitur, quod uir sanctus potest iudicari dupliciter: primo in quantum operatur ex suo libero arbitrio, & sic nullus sanctorum impleuit sufficienter in hac uita mandata Dei. Alio modo in quantum operatur ex gratia diuina, & inexistente & assistente, & sic quilibet sanctus sufficienter impleuit mandata Dei in his quae obseruasse eos laudamus. Et si contra hoc probationes assistentis afferantur, responderetur, & ad primam dicitur, quod si uerba Domini integre afferantur monstrant oppositum: nam Dominus dicit, Quum feceritis omnia quaecunque

A praecepero uobis, dicite, Quod debuimus fecimus, serui inutiles sumus. Vbi uides, quod dicendo, Quod debui fecimus, monstrat eos impleuisse mandata sufficienter, alioquin non fecerunt quod debuerunt: nam debuerunt sufficienter implere. Non est autem verum, seruum qui fecit quod debuit inutilem citra fecisse: quonia si citra fecisset, iam non fecisset quod debuisset. Sed verum est, quod ut sic non supererogauit, & propterea inutilis dicitur, qui enim non facit nisi quod debet, inutilis dicitur. Vnde ex ista auctoritate nihil aliud habetur nisi quod sancti ex hoc, quod impleuerunt precepta Christi, non supererogauerunt, cum quo stat, & quod sufficienter mandata Christi implere potuerunt, & supererogare, ut sic non solum fecerint quod debuerunt, sed essent serui inutiles in domo domini. Ad secundam dicitur quod oleum, quod sapientes Virgines timuerunt sibi non sufficere, ad meriti conscientiam spectat & non ad poenales. Ad tertiam dicitur, quod falsum esse constat preceptum de Deo diligendo obligare hominem plusquam possit. Maledictus, inquit Hieronymus, dicens Deum praecipisse aliquid impossibile. falsum quoque est sub precepto de Deo diligendo, credere quod homo diligit quantum potest: intelligendo sic, quod si dilectionis aliquem actum possibilem sibi omittat quis, peccet, ut patet ex hoc, quod multi dilectionis actus spectant ad opera supererogationis, ut bene uelle, & bene facere inimicis in particulari extra necessitatis casum, perfectionis siquidem est hoc, non precepti. Sed praecipitur, quod homo diligat Deum ex toto corde, & ex omnibus uiribus, &c. ad hunc sensum, quod nihil contrarium diuinae dilectioni in corde suo, in mente sua, in uiribus suis, &c. admittat. Intellectum autem preceptum illud de actuali dilectione, ut sonat non quid agere hic debemus, sed quo tendere debemus, monstrat secundum Augustinum unde patet quod sancti impleuerunt hoc preceptum, & supererogauerunt. Ad quartam dicitur, quod sancti per martirium extra necessitatis articulum faciunt plusquam debet: quia supererogant. Et rursus in articulo necessitatis ad martyrium pro confessione fidei supererogant sepe quo ad satisfactionem: dum plus patiunt uoluntarie quam pro peccatis suis debeant.

D Ad quintam dicitur, quod doctrina haec, super scripturas & rationes & auctoritates Rom. ecclesiae sanctorumque doctorum fundatur. Et non solum temerarie praesumptionis est contrarium dicere, verum in disciplinae mentis est non acquiescere tot allatis, ultra auctoritatem sanctorum Thome & Bonauenturae & infinitorum doctorum sequacium: oportet enim uirum docilem in mortali tam theologia, quam philosophia non querere certitudinem mathematicam: sed nisi rationi consentaneam, simulque a communi doctorum sententia probata in moralibus, ut certa habeamus, confundere necesse est omnia.

E Ad probationes deinde ex auctoritatibus sanctorum respondendo dicitur, quod cum hoc, quod omnes sancti aliquod peccati debitum habuerunt, pro quo quamdiu uiuunt, orare possunt, non quod oporteat eos semper peccatum habuisse coequum, quandoque. n. sine omni peccato fuerunt, sed quia quandoque peccauerunt, stat quod multa supererogationis & meritoria, & satisfactoria fecerint, qui enim dimitti orat sibi peccata, fatetur se debitorem. Et hoc in tota verificatur, quantum est ex parte nostra; quamuis secus sit si secundum adiunctam Dei gratiam sancti iudicentur. Et ne sapius idem repetatur, distinguo, quod sancti, & sua opera dupliciter

ter iudicari possunt. Primo secundum se, & secundum proprias vires, & sic sunt semper debitores, & damnabiles, non implentes mandata Dei: iuxta illud Isaia, Vniuersę iustitię nřę quasi pannus menstruatae. Alio modo secundum gratiam Spiritus sancti in ipsis & operibus suis, tam informantem, q̄ assistentem, & sic implent mandata, & non sunt debitores, sed creditores, digni vita eterna ex ipsis sanctis operibus suis, nihil damnationis habentes, & iuxta illud 1. Ioan. 3. Omnis qui natus est ex Deo, non facit peccatum; quoniam semen ipsius in eo manet, & non potest peccare; quoniam ex Deo natus est. Et illud Apostoli ad Rom. octauo. Nihil damnationis ex his, qui sunt in Christo Iesu. Et illud eiusdem ad Timor. Bonum certamen certavi, cursum consummaui, fidem seruauit, in reliquo reposita est mihi corona iustitię, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex. Vnde prudentis lectoris erit discernere, q̄ scriptura, vel sanctorum doctrina loquitur de nobis, aut operibus nostris, secundum quod sunt nostra, & secundum quod sunt diuine gratiæ: omnia. n. mala verificantur de nobis, & nostris secundum quod sumus nostri, vel sunt nostra, & rursus simul infinita bona verificantur de eisde, vt sunt diuinę misericordię, ac gratię, vt patet ex his scripturę locis & multis aliis, quę afferri possunt. Et hinc habes solutionem huius & sequentium & similibus obiectionum; nam cum hoc, quod omnes sancti sunt ex se debitores, stat quod ex diuina gratiã operando, supererogant. Et similiter, quod sunt impij ex se, & orando ex diuina gratiã merentur non imputari sibi impietatem, et similiter Deo ignoscente, hoc est gratiam dante implent mandata, non homine ex seipso implente, et similiter omnia mandata tunc implentur, quãdo quicquid nõ ex nobis impletur per gratiã impletur. Et similiter vt vite hominum laudabili, si sine gratiã (diuinę misericordię effectũ) iudicetur, et similiter si quid iusti habuerõ fm humanam iustitiam iudicẽ meũ deprecabor. Et similiter omne opus bonum optime factum, in quantum est ex nobis factum peccatum est, sicut pannus menstruatę: sed quatenus Dei gratiã est nullum peccatum, sed meritõriũ & supererogatiũ bonum est. Vnde si in quinta probatione intenditur, quod simpliciter & absolute & non secundum quod ex nobis est, omne opus bonum optime ex charitate factum est peccatum ueniale, non responsione, sed sensu aut igne opus est, nã fm hoc beata uirgo in omni opere suo peccauit uenialiter, cui tamen Aug. dicit gratiam coiltam esse ad peccatum ex omni parte uincendũ. Ex hoc sequitur contra Apostolum, indignitas operũ suorum ad coronam secundum iustitiam diuinã. Et ex hoc sequitur contra Ioannem euangelistam, quod etiam natus ex Deo facit peccatum. Et ex his patet solutio omnium obiectionum ex autoritate sanctorum.

Ad obiecta autem contra naturalem utilitatẽ ex superfluis sanctorum meritis, respondetur. Et ad primum, Vniuersique propriam mercedem, & secundum proprium laborem, dicitur, q̄ ut patet, de mercede loquitur: merces autẽ merito iudicet, & nos idem dicimus quod quilibet sibi soli meretur. Nos autem de poenarum remissione loquimur, dicentes quod vnus potest satisfacere per alium.

Ad secundum (quod nõ digne expederet illa ecclesia) dicitur quod dignissimẽ expedit dum satisfactoria pro satisfactore expendit: neque. n. possunt dignius expendi, et licet remissio temporalis poenę

in comperatione ad dona spiritualis gratiæ sit vtilis donum: est tamen proportionatum & commensuratum donum meritis sanctorum, in quantum sunt satisfactoria: quoniam ut sic non nisi exolutiuam temporalium poenarum sunt.

Ad tertium (quod non pie ageret ecclesia) dicitur, q̄ pijsimẽ mater ecclesia filiis suis remittit, quos Deus ex rationabili causa in adoptionis filios computauit: non. n. omni actu debet mater castigare filium, sed omnia tempus habent.

Ab obiecta denique contra thesaurum indulgentiarum ex meritis Christi respondetur. Et ad primum iam patet ex dictis, quod cũ autoritate non solius Rom. ecclesię, sed sacre scripturę, sanctorũ & doctorum hoc dicitur. Et si solius Rom. ecclesię autoritate definitiua diceretur, sufficeret ad rationem reddendam, de ea quę in nobis est, fide non minus, quam si autoritate generalis concilii definitum esset. Hæretici autem sicut refutare possunt Rom. ecclesiã, ita & concilium. Nec hoc ego somnio: sed Hier. ad Damasum papam dicit, Si a postulo cui iudicio fuerit approbatum, hæreticum se experietur qui contraxerit. Et in concilio Flor. sub Eug. 4. acceptat processio Armenorum, dicitur, Approbamus quod approbat Rom. ecclesia & reprobamus quod reprobat Rom. ecclesia.

Ad secundum iam dictum est nisi ad substantiam ex canone autoritate male allatã: quia textus nõ de indulgentiis, sed de indulgentiis indideris dicit, quod sũt enerationes ratione in discretionis.

Ad tertium similiter dictum est, & probatum, quod nulla sit irreuerentia.

Ad quartum dicitur, quod opera bona dicuntur esse meliora indulgentiis, hoc est, effectibus indulgentiarum, & non meritis Christi & sanctorũ quę non sunt indulgentię, sed ex corũ satisfactoria supererogatione est efficacia indulgentiã. Vñ processus illius argumenti assumit tot falsas propositiones, vel ueras casualiter & non formaliter, ut nõ sit mitum si seipsum interimat.

Ad quintum dicitur, quod concilium illud piũ est, quod claus ecclesię, sicut & alia sacramenta, facere aliquid certi vel nihil certi, potest intelligi dupliciter. Primo, quantum ex seipsis: & sic dicitur quod faciunt certum quid, & oppositum est impiũ.

Alio modo per accidens, puta propter indispositionem materiã, vel subiecti, & sic contingit non solum claus ecclesię, sed & Baptismum non habere certũ effectum: puta, si adultus suscipiat abluionem occulto animo non suscipiendũ Baptismum: tunc. n. nec characterem recipit. Et si cum animo solum peccãdi mortaliter accedat, licet characterẽ suscipiat, gratiã tñ non suscipit. Et sic est in proposito: quia propter ambiguitatẽ dispositione subiecti dubitamus de effectu clauium in isto; & cum hoc sumus certi quod claus habent certissimum effectum in subiecto disposito ad earum effectum: & similiter indulgentiã est certa donatio disposita ad illã. Vñ nulla est illusio, si applicatur verẽ penitentibus, nec insufficiencia meritorũ Christi & sanctorũ: sed ex dubio de dispõne subiecti, quã cõsistit in facto nõ hominis solius, sed Dei miseretis, donando veram contritiõnẽ, pronenit quod nõ quiescimus a nostris poenitentibus post indulgentias, et quũ secundo adiungitur, Aut credo mihi merita Christi applicata per indulgentiam esse sufficiencia, aut debita, respondetur quod plus oportet addere, s. suscepta in me, seu participata a me, Credo. n. indubie merita Christi applicata per indulgentiam mihi,

& par-

& participata a me, seu suscepta in me, esse sufficere exoluentia debitas a me penas temporales pro meis peccatis: sed dubito an sint a me participata, quia dubito & ego fuerim dispositus pro participatione illorum, hoc aut dubium est sanctum. Et rursus si credo me participasse, volo et addere meas satisfactiones, non tanquam meliores satisfactione Christi: sed quia melius est duplici via satisfacere, quam una tantum: & plura bona sunt satisfactio Christi & mea, quam satisfactio Christi tantum. Ad confirmationem dicitur, quod merita Christi non sunt indulgentiae, sed causae indulgentiarum efficaciae: indulgentiae enim, quas consequuntur Christi fideles, nihil aliud sunt quam remissiones suarum penarum per merita Christi. Unde sicut remissiones penarum non sunt preferenda meritis Christi, nec praecipua Christi, aut ecclesiae ita nec indulgentiae; & tamen cum hoc stare liquet, quod remissiones fiat per merita Christi.

Ad sextum dicitur, quod appositio meritorum Sanctorum consonat diuinae dispositioni, non quod insufficientis sit Christi satisfactio, sed ut plura sint in Christi corpore mystico satisfactio. Sic enim docuit Apostolus; adimpleo inquit ea quae defuerunt passioni Christi in carne mea pro corpore eius, quod est ecclesia.

Ad septimum dicitur, quod non est haec ecclesiae doctrina, ut thesaurus meritorum Christi & Sanctorum ita commissus sit ecclesiae dispensationi per indulgentias, quod sine ipsis non dispensetur a Christo summo Sacerdote. Sed ista consequentia non valet, Thesaurus ille potest haberi sine indulgentiis, ergo non habetur per indulgentias: sicut enim quod multis modis participari possit a Christi membris.

Ad octauum dicitur negando sequelam, non ex insufficientia meritorum Christi, sed propter diuinam sapientiae dispositionem ex parte Dei, qui non ordinauit thesaurum ecclesiae ad remittendum penam mortis: & propter disparitatem penarum ex parte nostri. Penarum siquidem nostrarum quaedam sunt poenae naturales, & quaedam personales; hoc est, quaedam consequuntur nos propter peccatum naturae, quod est peccatum originale, & quaedam sunt nobis debita propter actualia peccata nostra. Illae poenae quas incurrimus propter infectam naturam, reseruantur usque ad renouationem naturae, quae in resurrectione fiet ex merito etiam passionis Christi: quoniam ipse mortem nostram vitraque, scilicet animae & corporis moriendo destruxit, & ideo non remittuntur per indulgentias: quoniam spectant ad tempus naturae infectae. Illae vero, ad quas tenemur ex propriis peccatis actualibus, in hac vita remittuntur per indulgentias: praesens enim uita tempus est purgandi non naturalia, sed personalia: unde etiam in Baptismo persona, non natura sanatur. Et quia mors cum suis poenaliatibus est poena naturae, ideo merita Christi per indulgentias applicata ad poenam mortis non se extendunt. Unde patet, quod non ex infirmitate meritorum Christi, sed ex natura poenae & status praesentis prouenit, quod poena mortis non remittitur per illam in hac uita. Nec ex hoc quod remittunt poenam aeternae mortis, sequitur, ergo & temporalis mortis poenam: tum quia aeterna poena poena est de numero personalium poenarum, mors autem de numero naturalium. Tum quia aliud est loqui de meritis Christi satisfactoriis absolute, & aliud de eisdem, ut superfluum sacramentis, ut per indulgentias dispensanda relinquuntur; ipsa enim absolute in

A sacramentis tollunt poenam damni & sensus aeternam, potius per viam concomitantiae, quam per satisfactionis. Reconciliando quippe hostem in Dei filium adoptiuum, sequitur quod non hostili poena puniendus est, quod est tollere poenam aeternam. Solum enim hostes exterminatrice poena digni sunt. Filii enim castigandi, purgandi suapte natura relinquuntur. Thesaurus autem indulgentiarum Christi merita, ut satisfactoria exhibet.

Ad demum obiecta contra hoc quod absoluteioni, quae fit per indulgentias annectitur dispensatio thesauri meritorum Christi & Sanctorum, respondetur. Et ad primum dicitur, quod non est par ratio de actu absoluteionis in indulgentiis, & de aliis absoluteionibus, siue censuris, siue aliis sine sacramenti exhibitione. Tum quia absoluteio ista respicit tertiam sacramenti poenitentiae partem, scilicet poenitentialem satisfactionem (supplet enim eam) Christi autem merita directe ad sacramenta respiciunt: reliquae autem absoluteiones non respiciunt partem aliam quam sacramenti alicuius. Tum quia absoluteio ista est a poena debita apud diuinam iustitiam in hac uita uel alia: aliae uero absoluteiones sunt a poenis in hac tantum uita debitis. Hinc enim fit, quod ad istas remittendas sola potestas papae sufficiat & efficiat: ad illas uero ultra potestatem in papa exigatur & dispositio subiecti per veram poenitentiam, & meritorum Christi dispensatio, non ad libitum applicatio: quoniam ministri non est remittere poenas principali debitas, nisi dispensando. Sic enim nos existimet homo (inquit Apostolus) ut ministros Christi & dispensatores ministeriorum Dei.

Ad secundum dicitur, quod sicut in sacramento poenitentiae clausi respectu peccatorum actum quidem soluendi exercent positiuè, ligandi autem negatiue quo ad clauem potentiae, quamuis positiuè ad utrumque se habeat clausi scientiae, ita in indulgentiis inuenitur, quod clausi scientiae positiuè decernit solutionem & ligationem; clausi uero potestatis positiuè quidem absoluit, negatiue autem ligat: quia ligare hic sicut & in peccatis, non est aliud quam non absolueri ex iudicio & autoritate clausi scientiae. Unde non soluere absolute non est actus clausi, qui est ligare: sed ex iudicio clausi non soluere est ligare, qui actus est clauium. Et per hoc patet, quod licet effectus solutionis & ligationis sit sine clauibus: ipsum tamen soluere, uel ligare non est in militari ecclesia sine clauium exercitio. Augustinus die 7. Octob. 1518.

QUESTIO II.

Num dare operam ad consequendas indulgentias sit imperfectionis.

Quaeritur, utrum dare operam ad acquirendas indulgentias sit imperfectionis. Et videtur quod sic. Primo, quia actus non meritorius est imperfectionis: sed acquirere indulgentiam, non est meritorium: ergo, &c.

Secundo, quia indulgentiae sunt relaxationes penarum debitarum, perfectiorum autem est poenas amplecti, non fugere: quoniam sitiunt crucem Christi, ut de sanctis Andrae, Laurentio, & Vincentio legitur.

Tertio, quia secundum Doctores sacros, habens indulgentias melius facit si per seipsum adimplet iniunctam poenitentiam, quam si propter indulgentias omittat illam: perfecti autem amulantur charismata meliora, imperfectorum igitur est indulgentiis incumbere.

Quarto, quia indulgentiae non profunt, nisi ad rela-

relaxationem poenarum canonicarum: sed non nisi criminosis publice imponitur canonum poena, quia sunt publicae poenitentiae partes: ergo non est nisi imperfectorum indulgentijs egere: ac per hoc dare operam ad eas acquirendas.

Ad huius evidentiam sciendū, quod indulgentiarū fructus proprius est satisfacere diuinā iustitiā, quo ad poenam temporalem proprijs peccatis debitā ex penis Christi & sanctorum, sicut traditionem ecclesiae Romae, ut patet in extrauaganti Clementis vi. & multorum Romanorum Pontificum Apostolis literis. Hac autē suppositione facta (in alia questione adhuc magis probanda, quam in tractatu de indulgentijs firmauerimus) consequenter dicendum est, quod quum actus iste, qui est satisfacere per alium non sit ex suo genere malus (nullam enim deordinationē importat, nec habet imperfectionem moralem annexam; quoniam cum feruenti charitate & promptissima voluntate per seipsum satisfaciendi) ita quod tali modo, si per sanctorum penas velit satisfacere, & nihilominus operibus sanctissimis tantō magis intendere, quanto liberior a debita poena, & grauior esse debet pro hoc cumulatiuē beneficij: sed est actus de genere bonorum moralium, est enim appetitū recto appetibilis, ut prope ablatius impedimentorum ad celestem patriam. Poenae peccatis enim debite impediunt ingressum ad aeternam beatitudinē; unde tū oportet animas in purgatorio morari, donec exolutis penis omnibus debitis pro suis peccatis, liberē ab omni malo poenae, omnium bonorum aggregatione perfectum statum assequantur. Nec solum est moraliter bonus, sed etiam meritorius, si fructuosus est; quoniam non nisi existentibus in charitate indulgentiae profunt, ut ipsa concessionis forma monstrat (dicendo vere poenitentibus) omnes autē actus humanos ex charitate procedentes meritorios esse constat. Nec solum est meritorius eterne uitae, sed consonus etiam perfectis uiris: quoniam continē suspirantibus ad celestem patriam, & cupientibus dissolui, & esse cum Christo, consonant omnia recta acceleratiua celestis ingressus, constat autem exolutionem poenarum debeatū pro peccatis acceleratiuam esse celestis itineris: quoniam impedimenta ingressus ad felicitatem tollit. Omni igitur ex parte apparet, quod dare operam indulgentijs, est actus communis perfectis & imperfectis in charitate constitutis, si poenis adhuc pro peccatis obnoxij sunt. Et confirmatur quia omnibus quantumcunque perfectis conuenit dicere quotidie, *Dirige nobis debita nostra*, in quorum numero consistet esse debitum poenae pro peccatis: quod autem consonat & petere, consonat & querere. Consonat igitur etiam perfectis querere debitum poenae pro peccatis suis debite exolui per satisfactoria opera Christi & sanctorum.

Ad primam autem obiectionem dicitur, quod sermo doctorum dicentium indulgentias non esse meritorias, est formalis, & uerus formaliter intellectus: hoc est, quod indulgentia, ut satisfactoria, non est meritoria. Comune est enim satisfactorijs omnibus (siue per seipsum homo satisfaciatur, siue per alium uiatorem, uel sanctum) quod meritoria non sunt formaliter sumpta, hoc est, ut satisfactoria. Et ratio est in promptu, quia satisfacere, non est aliud, quam liberari a debito: ex hoc autem, quod aliquis a debito liberatur non meretur: unde & in purgatorio quilibet satisfaciunt, & nemo meretur. Cum hoc autem, quod indulgentia, quae quo ad fructum satisfactionem per alium, hoc est, Christum, & sanctos

sonat, non est meritoria, ita quod aliquid facere pro indulgentia satisfactoria, sit meritorium, non solum ex genere operis (puta subuenire ecclesiae, aut orare) sed ex intentione facientis, qui mouetur ex charitate, ad hoc, ut impedimenta sui ingressus ad eternam uitam tollantur. Et hoc consonare perfectis, manifestum est.

Ad secundam dicitur, quod perfectorum est poenas promotius sui uel aliorum ad eternam uitam amplecti. Poenas autem ex propria culpa impeditiuas eterne uitae, non est perfectorum iterare, sed quam citius fieri potest, liberare se ab illis: ut expeditus semper inueniatur pro celestis patriae ingressu. Costat autē poenas pro peccatis debitas esse ex propria culpa impeditiuas ingressus celestis; & ideo perfectis per se, uel per alium citius sunt exoluedae.

Ad tertiam dicitur, quod nihil obstat dictis consilijs de meliori bono, quod, si melius facit contentus indulgentiam, si per seipsum satisfaciunt. Nam proculdubio melius est duobus modis satisfacere, quam uno, scilicet per alium, & per se, quam per alium tantum. Et rursus, per alium satisficit solum, sed per seipsum, & satisficit & modica adhibetur poenitentia, non per seipsum impleta est, non solum satisfaciunt, sed medicina. Cum his enim stat, quod perfectis emulando charismata meliora, sectentur etiam indulgentias, ut expediti sint ad uitam aeternam.

Ad quartam dicitur, quod multa falsa continentur. Primum est, quod indulgentiae non pro sint nisi ad relaxationem poenarum, quae per canones poenitentiales impositae sunt: patet enim hoc esse falsum ex ipsa forma conceptionis, sonantis remissionem poenarum iniunctarum; iniunctae autem sunt siue secundum canones, siue secundum arbitrium confessoris. Aliud falsum est quod poenae canonum pro solis criminibus publicis imponi possunt: quum consistet in foro poenitentiali posse imponi: ut pro secretis secretae poenitentiae agant. Aliud falsum subintelligitur, reprobatur in alia questione, si quod sub poena canonica non includatur etiam poena simpliciter debita peccato. Quod ex eo patet etiam esse falsum, quod non iudicat Deus bis in id ipsum: iudicaret autem bis, si semel per seipsum, & semel per suum vicarium temporalem poenam satisfactoriam pro peccato exigeret: quod contingeret, si poenitentia a sacerdote secundum canones imposita, non euacuaret pro sua portione poenam satisfactoriam apud Deum. Et hinc est quantum falsum, scilicet quod remissio poenitentiae iniunctae adepta per indulgentias, non sit remissio poenae debite pro satisfactione peccati apud Deum: ut in alia questione manifestauimus. Quocirca cuiuscunque obnoxio poenae temporali pro satisfactione cuiusque actualis peccati profunt indulgentiae, siue sint iniunctae secundum canones, siue confessoris arbitrio. Et etiam si non sunt acti iniunctae dummodo ecclesia seruatis seruandis in forma indulgentiae etiam ad non iniunctas poenitentias extendat illam: ut alias hoc, si de non iniunctis, manifestabitur. Et quia tam perfecti, quam imperfecti, tam sancti, quam infirmi, tam morituri, quam diuicturi, tam impediti, quam non impediti in charitate constituti, rei potest esse alicuius poenae temporalis pro satisfactione suorum actualium peccatorum: ideo nullus excipitur a fructu indulgentiarum qui uoluerit earum particeps fieri, rarique uidentur esse adeo satisfaciunt per seipsum, qui non egeant indulgentijs: qui tamen tutius agunt si per indulgentias etiam a debitis se absolui curent. Angu. die 2. Octob. 1518.

QVAESTIO III.

Num occurrenti pauperi negans eleemosynam, quam tamen dat pro indulgentia consequenda, peccet.

Quaritur vtrum occurrenti pauperi negans eleemosynam, quam tamen dat pro indulgentia consequenda peccet. Et videtur quod sic.

Primo, quia agit contra ordinem diuini precepti: quo quis primo seruare tenetur precepta, seu mandata Christi, quam acquirendis vacare indulgentiis, vt pote quia hoc non est mandatum, sed voluntarium.

Secundo, quia talis agit contra illud Ioan. Si quis viderit fratrem suum necesse habere, & claudere videri sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in illo? prima Ioan. 3. Et si dicatur quod sola extrema necessitas obligat ad mortale: contra, tum quia secundum hoc charitas nunquam, vel rarissime locum haberet operandi, tum quia quilibet in necessitate constitutus, vellet non sibi expectari necessitatem extremam: sed prius subueniri: ergo hoc idem seruandum est in aliis.

Ad euidentiam huius considerandum est, quod ad hoc, quod aliquis actus humanus sit peccatum, non sufficit negatio bonitatis maioris, alioquin non daretur gradus in actibus bonis, sed soli summe boni actus effugerent rationem peccati: sed exigitur quod sit inordinatus, nisi enim a diuino ordine declinaret peccatum non esset. Deordinatio autem actus effusio pecunie sicut & ceterarum moralium actionum, tunc tamen est, quum non iua, vel ad id quod non debet, vel quum non debet, &c. impenditur pecunia: nisi. n. aliquid quod debuerat adesse, desit, aut quod debuerat abesse, adsit, peccati ratio non saluatur; quocirca ad debiti rationem oportet spectare peccati iudicium. Et hinc fit, vt licet melius faceret qui pecunias suas in eleemosynas daret, quam si expenderet eas in humanis officiis defunctorum, que sunt consolationes viuorum: non tamen peccaret expendens eas pro honorabilibus exequiis, quia non tenetur illas pecunias dare pauperibus, & actus exequiarum humanus iuxta statum personae & patriae morem non est deordinatus. Vnde in proposito, quum dare eleemosynam sit preceptum affirmatiuum, obligans tamen pro loco & tempore: si in casu loquimur, quo preceptum de eleemosyna obligat, non est dubium quod negans illam, vt de pro indulgentia peccet: non enim sunt facienda mala, vt veniant bona. Si autem sumus extra casum, in quo preceptum de eleemosyna obligat: quamuis pauper occurrat petens eleemosynam, licite potest quis omittere eleemosynam & dare pro indulgentia non minus, quam posset illam simpliciter omittere, & quam posset pecunia illa in usus suos conuertere. Vnde Dominus Mariam a discipulis defendit, obijciens quod pretiosum vnguentum quo multis potuisset subueniri pauperibus in vnum humanum opus perderet: affirmans quod bonum opus operata est. Vbi ex subiuncta ratione, Pauperes enim semper habebitis, &c. docuit, quod concurrentibus duobus bonis, altero continuo, altero pro instante communitate, licitum est omissio pro tunc maiori ex suo genere bono, dare operam minori illo tempore occurrenti: ad hoc enim spectat, quod pauperes adsunt, ipse autem non semper.

Ad primam autem obiectionem dicitur quod ordo preceptorum ad consimilia est in precepto tunc tantum, pro quanto preceptum affirmatiuum obligat: extra tempus siquidem pro quo obligat, liberum est enique consilia sequi. Sic autem esse in proposito supponitur.

A Ad secundam negatur, quod talis agat contra doctrinam Ioan. Euang. quia Ioannes loquitur pro quanto preceptum affirmatiuum obligat: certo autem certius constat, quod non quilibet necessitas fratris uisa constituit tempus, pro quo preceptum eleemosynae obligat. Vnde glossa ibidem dicit in verbo necessitatem victus vel uestitus. Multi autem sunt pauperes habentes victum & vestitum, ut patet de Gabelo apud Tobiam. Et rursus glossa ibidem de substantia superflua exponit, dicens, Si superflua non potes dare fratri, animam tuam non potes ponere pro fratre. Non loquitur ergo Ioannes de quolibet necessitate fratris, nec de quolibet habere substantiam huius mundi: sed de superflua substantiam habente iuxta verbum Domini: Quod superest, eleemosynam date, Luc. 11. Nec propterea ego abundans teneor huic pauperi dare, quamuis teneor dare eleemosynam, si recta ratione moralium actuum regula est. Vtrum autem sola extrema necessitas, tempus: pro quo preceptum obligat determinet, alia quaestio est: & alibi memini me scripsisse post S. Th. quod quantum est ex parte necessitatis pauperis sola extrema necessitas determinat tempus, pro quo preceptum de eleemosyna obligat ad peccatum mortale. Sed extrema necessitas non intelligitur, quum prope mortem homo est, tunc enim non potest sibi subueniri, sed quando est adhuc tempus vtiliter subueniendi, nec apparet alia via, qua illi subueniatur, si a me non sibi succurritur: tunc enim necessitas est extrema; licet longe sit a morte. Rursus licet necessitas non extrema non obliget ad peccatum mortale, omittentem eleemosynam, magna tamen necessitas uisa a potenti sine suo incommodo subuenire, rationabiliter tenetur, obliget etiam ad peccatum, quamuis non mortale. Sicut enim secundum philosophos in actibus bonis, quod est prope medium, ad uirtutis actum spectat, ita in oppositis non solum qui totaliter declinat, peccat: sed etiam qui prope ad uitium appropinquat, & secundum Theologos non solum qui contra preceptum, sed qui praeter preceptum facit, peccat. Et propter istam latitudinem, quia necessitas proximi uita quandoque ad mortale, quumque ad ueniale, quandoque ad nullum obligat peccatum: Ioan. Euang. dixit, Quomodo charitas Dei manet in illo? & non manifeste asseruit charitatem Dei non manet in illo. Quamuis asseruit intellecta uerba illa, seclusa superfluitate bonorum, de extrema necessitate accipienda sint, quoniam tunc tantum debita negatur subuentio in notabili damnum proximi uergens; & propterea fit contra charitatem proximo debitam. Extra hanc autem necessitatem, aut subuentio non est ad hoc debita, aut non est illatiua damni notabilis proximo, & sic non fit contra charitatem debitam, sed aut praeter eam, aut nec praeter, nec contra illam.

B Et quum contra hoc arguitur: primo, quia secundum hoc charitas nunquam, aut raro haberet locum operandi, negatur sequela, quoniam charitas etiam sine precepto operari potest & frequentissime eleemosynae optus operatur. Et quum dicitur secundo, quia quilibet uellet sibi extra necessitatem extremam subueniri; conceditur, sed negatur sequela, ergo subuentio est in precepto.

C Non enim omne quod volumus nobis fieri, cadit sub precepto, vt alii nobis faciant: quilibet enim uellet nunquam sibi mendacium dici, non tamen propterea sequitur, ergo quilibet mentiens facit contra preceptum. & sic de aliis. Augusti die 7. Octobris. 1518.

D Et quum contra hoc arguitur: primo, quia secundum hoc charitas nunquam, aut raro haberet locum operandi, negatur sequela, quoniam charitas etiam sine precepto operari potest & frequentissime eleemosynae optus operatur. Et quum dicitur secundo, quia quilibet uellet sibi extra necessitatem extremam subueniri; conceditur, sed negatur sequela, ergo subuentio est in precepto.

E Non enim omne quod volumus nobis fieri, cadit sub precepto, vt alii nobis faciant: quilibet enim uellet nunquam sibi mendacium dici, non tamen propterea sequitur, ergo quilibet mentiens facit contra preceptum. & sic de aliis. Augusti die 7. Octobris. 1518.

Quo-

QVÆSTIO III.

Num indulgentia absoluedo ab iniunctis penitentis
absoluat a pena debita peccato apud diu
nam iustitiam.

QVaritur utrum indulgentia absoluedo ab iniunctis penitentis, absoluat a pena debita peccato apud diuinam iustitiam. Et uidetur quod non.

Primò, quia iniuncta penitentia ab hoie, sicut non obligant nisi in foro ecclesiastico, ita earum absolutio non est nisi in foro ecclesiastico.

Secundò, quia penitentia voluntaria, de qua Christus dicit, penitentiam agite, est de precepto Christi & de essentia penitentia spiritualis, ac omnino de necessitate salutis: & consequenter non est in potestate sacerdotis cuiusque dimittere illam. Est enim mortificatio passionum & crux portanda post Christum.

Tertiò, quia potestas ligandi atque soluendi par est: sed Papa non potest ligare nisi ad penam canonicam; ergo non potest absoluerè nisi a pena canonica.

Quartò, Satisfactio sacramentalis non dicitur satisfactio, quia satisfacit pro culpa simpliciter, sed quia satisfaciat secundum statuta ecclesie: ergo absolutio ab illa non est absolutio a satisfactione simpliciter. Antecedens probat, quia dicendo pro culpa satisfacit pro penam mortificationis proprie, & huiusmodi.

In oppositum autem est communis ecclesie sensus. Ad euidenciam huius sciendum est, quod pena canonica (hoc est iniuncta a sacerdote in confessione sacramentali) & pena satisfactoria pro culpa secundum diuinam iustitiam, non se habent sicut duae penae, sed se habent sicut pena indeterminata & pena determinata. Sicut etiam preceptum de confessione faciendaceditum a Deo & ab ecclesia, non præcipit duplicem confessionem, sed se habet ecclesia preceptum ad diuinum ut determinatum ad indeterminatum. Illud enim idem quod præcipit Deus, præcipit ecclesia: sed Deus præcipit, quod confiteamur non determinando tempus, ecclesia idem præcipiendo determinat, scilicet in singulis annis: unde vna & eadem est confessio: præcepta a Deo & ecclesia, & proculdubio vnica confessione implet, quilibet preceptum Dei & ecclesie; iudicium quippe esset semel confiteri, ut obediat Deo & iterum ut obediat ecclesie.

Simile quid est videre in proposito: nam pro peccato commisso (puta periurio) tenetur ex diuino precepto homo satisfacere: sed non determinate per istam vel illam penam: nam potest satisfacere per elemosynam, vel per ieiunium, vel orationem. Et pro eodè peccato tenetur ex iniunctione sacerdotis imponentis satisfacere per determinatam penam, puta ieiunium septem annorum. Nec tenetur penitens ad duas penas: alteram satisfactoriam apud Deum & alteram satisfactoriam ecclesie: sed implendo iniunctam ab ecclesia, satisfecit Deo & ecclesie; vel pro tota pena debita illi peccato (si imposita a sacerdote adæquat debitam secundum diuinam iustitiam) vel pro parte illa que correspondet imposita, si pena imposita minor est illa que secundum diuinam iustitiam determinanda erat. Nec hæc uoluntarie dicimus: sed euidenter monstramus discurrendo per omnes actus preceptos ab utroque, scilicet Deo & ecclesia: ut patet in precepto de obseruatione festorum & precepto de obseruatione ieiuniorum. Vnum enim atque idem est quod a Deo ecclesiaeque præcipitur, ab illo indetermi-

nate, & ab ista determinate, & dum ecclesie obediatur, non remanet homo obligatus ad Dei præceptum iterum implendum circa illud. Et simile est in aliis.

Quocirca Deo ecclesiaeque idem præcipiente, vnus atque idem actus fit debitus duplici vinculo, scilicet Dei & ecclesie. Et propterea putari potest, quod si iniuncta penitentia relaxatur per indulgentiam, non remittitur poena satisfactoria simpliciter, & absolute, sed solum ut est debita ex vinculo ecclesie, & propterea remanet, ut est debita ex vinculo diuine iustitie. Sicut quum papa relaxat ieiunium alicui persone, non concedit illi, quod non implet Dei, seu naturæ preceptum de ieiunio, sed quod non ardetur ex vinculo ecclesiastico precepti ad ieiunium. Et in hac viam sicut ligat sacerdos ad penam nouum adiungendo vinculum determinando, que per qualem quantamque penam satisfacere debet penitens: ita absolueret per indulgentiam tollendo vinculum ecclesie, & determinationem ad talem penam. Fallitur autem opinio hæc in hoc, quod non discernit inter absolutionem per viam indulgentia & absolutionem per viam licentia.

Absolutio enim per viam licentie communis est omnibus principibus ecclesiasticis & secularibus, cum quilibet potest soluere, quæ ligauit, licentiam præbendo, ut non teneatur iuxta se adimplere, & de huiusmodi absolutione verificatur licentia ieiuniorum & similitum. Sed quod non sit absolutio per indulgentiam, patet ex eo, quod innitur illi priuilegio Christi, Quocumque solueris super terram, certum est enim absolutionem concessam per hoc priuilegium, non esse illam, quæ communis omnibus principibus est, ad quam non est opus priuilegio, sed statim ut quis est princeps habet illam. Amplius absolutio per modum licentie, extendit se indifferenter ad singula positiui iuris: pot enim ita relaxare obseruationem vnus precepti iuris sicut alterius, ut patet. Absolutio autem Petro concessa ex priuilegio Christi habet pro materia ea, quæ regni coelorum sunt (dicente Christo, Tibi dabo clauis regni coelorum) & specialiter culpæ (ut patet ex verbo Christi: Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis) & penas pro culpa, ut patet ex verbo Christi Matthæ 18. Vbi quum dixisset, Si ecclesiam non audierit, sit tibi velut ethnicus & publicanus, Amè dico vobis, quæcunque alligaueritis super terram, &c. Amplius, si indulgentia non essent nisi relaxationes vinculi a sacerdote vel canone impositi, decepta esset vniuersitas fidelium, credendum non solum vinculum, sed ipsas penas remissas esse. Alio ergo modo absolutionem per indulgentiam fieri, ex eo conuincitur, quod indulgentia vere acquisita, tenet cõis ecclesie & doctorum sensus satisfecisse hominem illum, ac si

penitentiam correspondentem illi indulgentie perfecisset. Et hoc enim manifeste sequitur, quod indulgentie absoluedo ab iniunctis penitentis absoluit non solum a vinculo per sacerdotem, aut canonem apposito: sed etiam a pena temporali debita secundum diuinam iustitiam peccato, quanta correspondet illi acquisitione indulgentie. Nec est parui momenti ratio sumpta a communi sensu ecclesie & doctorum sacrorum: sed est tate autoritatis, ut non nisi temere liceat sentire oppositum, et confirmatur sententia hæc: quoniam sic verè relictæ operatio priuilegij Petro concessi. Quodcunque solueris super terram: absoluer enim a penis peccato debitis in foro diuine iustitie, non principis, non iuris humani: sed diuine est potestatis Petro communicatæ Christo. Amplius, Clemens 6. tradidit

expressè,

expressè,

expressè,

expresse, quod indulgentia remittit poenam tempo-
ralem pro peccato debitam: vt patet in extrauagan-
te ab orbe acceptata de iubilaeo quinquagesimo
quoque anno: & habetur in extrauagantium comu-
nium titulo, de pen. & rem. c. vnigenitus. Non licet
autem contra apostolicam sedis doctrinam sentire.

Ad primam ergo obiectionem dicitur, quod
poena iniuncta ab homine, seu canone est duplex:
quaedam simpliciter apposta ab homine, vel cano-
ne, vt exco. municatio, carcer, & huiusmodi, & haec
non ligant nisi in foro ecclesiastico. Quaedam vero
sunt appostae ab homine seu canone, & appositae
solum quo ad quantitatem & qualitatem, vt sup-
positas penas euacuent. Et istae obligant partim in
solo foro ecclesie, pro quanto non tenentur nisi in
hac vita implere illas qualitates: & partim simplici-
ter a quo Deum; pro quanto si non secundum iniun-
ctas qualitates satisfecit, tenetur satisfacere apud
diuinam iustitiam in alia vita de tota illa pena, quae
euacuata fuisset, si secundum iniunctas satisfecisset.
Vnde sicut penitentia sacramentalis obligat in fo-
ro Dei, ita absoluit in foro Dei.

Ad secundam dicitur, quod ecclesia potest absol-
uere per indulgentias a penis debitis ex precepto,
& vinculo diuino. Nec hoc facit ecclesia humana,
sed diuina auctoritate sibi concessa ex priuilegio.
Quodcumque solueris. Petrus enim ut vicarius, &
minister Christi agit auctoritate Christi. Nec mi-
rum si potest absolueri a pena debita ex precepto
Christi, & ad quam obligat interior penitentia, &
quae est de necessitate salutis, quia potest absolueri
a culpa, quae tantum excedit poenam ut Iudaei dixe-
runt, Quis potest peccata dimittere, nisi solus Deus.
Sacerdos enim ministerialiter absoluit a culpa,
& remittit peccata consentitum sibi dicente Chri-
sto: Quorum remiseritis peccata, remittuntur
eis. Et multo magis potest Christi minister absolueri
a poenis: quia culpa & poena impedita sunt regi-
ni caelorum (quia & nihil coinquatum intrabit
illud, & absterget Deus omnem lachrymam, nec
dolor erit ultra, &c.) ad clauas regni caelorum spe-
ctare necesse est vtrunque impedimentum tollere:
alioquin aperire regnum caelorum fidelibus non suffi-
cerent. Constat autem sufficere in patiente dispo-
sito, & reliquis concurrentibus requisitis. Quocirca
poena ad quam peccator ex Dei precepto tenetur,
& quam penitentia interior operatura erat pro pec-
cato, & quae de necessitate salutis aeternae habenda
implenda erat, per indulgentiam absolutionem vere
acquistam sublata, & definit talis homo ad illam
obligari, & ex diuino precepto: & ex penitentia in-
teriori, & ex fine salutis aeternae, quia iam satisfecit
per aliam viam, s. per absolutionem indulgentiae, &
hoc Christi auctoritate per suum ministrum rite exe-
quuta. Quod autem dicitur, quod penitentia; ad quam
tenetur peccator, est crux Christi, & mortificatio
passionum, iam a patribus solum doctoribus dicentibus,
quod poena in quantum sunt medicinae passio-
num, non supplentur per indulgentias: & propterea
debemus etiam indulgentias acquisitis peniten-
tiam agere, vt medicinam passionum nostrarum;
In quantum vero sunt satisfactiuae pro peccatis commis-
sis, sic supplentur per indulgentias. Et similiter est distin-
guendum de cruce post Christum portata, & similibus.

Ad tertiam dicitur, quod propositio assumpta
(scilicet potestas ligandi atque soluendi par est) est cum
grano salis intelligenda, quia etsi est par quantum
ad materiam (quia utrobique Dominus dixit,
Quodcumque, sicut enim dixit, Quodcumque solue-

ris, ita dixit, Quodcumque ligaueris) non tamen est
par quo ad modum. Nam & peccata sacerdos mini-
sterio auctoritatis tollit, ita quod soluendo facit
de peccatore iustum, non potest tamen ministeria-
liter ligando facere de iusto peccatorem. Ex hoc
enim patet, quod alio modo soluit quam liget Pe-
trus quantum ad culpas: & similiter fas est, vt alio
modo pontifex liget, quam soluat poenas. Absoluit
enim ministerialiter & per sacramentalem abso-
lutionem, & per indulgentias a poenis secundum
diuinam iustitiam debitis: ligat autem ad poenam
sicut ad culpam. Nam sicut ad culpam ligat, vel non
remittendo, vel praecipiendo aliquid, cuius transgres-
sio constituit peccatorem: ita ligat ad poenam, vel
non remittendo, vel agendo, vnde per seipsum quis
incurrat debitum poenae apud diuinam iustitiam.
Sub hac autem distinctione dicitur ad maiorem,
quod si sermo sit de posse quibusuis modis papa
potest ligare ad poenam canonicam, & non cano-
nicam, hoc est absolute apud Deum, (vt patet ex di-
ctis) & similiter absolueri. Si vero sermo sit de pos-
se tali modo, scilicet directe imponendo vel tollen-
do, sic minor est falsitas: quia non aequaliter se habent
quo ad modum clauis in ligando & soluendo. Po-
test enim directe absolueri quod non potest dire-
cte imponere, vt in culpa.

Potest & nihilominus ad maiorem aliter respo-
deri dicendo, quod in canonica poena quae in fo-
ro penitentiae iniungitur in satisfactionem, clauditur
pena quae in foro poenae iniungitur in satisfactionem,
clauditur poena debita peccato coram diuina iustitia:
quoniam eadem est poena supposita, & qualificata
ab homine uel canone, vt patet ex dictis. Et propterea
sicut sacerdos ligando ad poenam canonicam,
ligat ad poenam simpliciter vestitam qualitate, bus ap-
positis ab homine uel canone: ita absolueri ab
huiusmodi poena canonica, absoluit & a poena sim-
pliciter. Nam absolueri a poena qualificata per
hominem uel canone, absoluit & a poena & a qua-
litate: qui enim absoluit a toto, absoluit a qualibet
illius parte quia toto includitur pars. Et sic dato
quod non liget nisi ad canonicam, nec absoluat
nisi a canonica, adhuc habetur intentum, quod
ligat & absoluit in poenam simpliciter debitam in
satisfactionem pro peccato. Potest & tertio dici ad ean-
dem, quod quia actus & potentia diuidunt ens,
& quodlibet genus entis, & ad idem propterea ge-
nus spectat homo in potentia & homo in actu &
album in potentia & album in actu: & sic de aliis:
ideo etiam poena canonica diuiditur in canonicam
in actu, vel in potentia, & utraque infra genus ca-
nonicae poenae clauditur. Et quod ecclesia non solum
potest super poenas canonicas in actu, sed etiam
super poenas canonicas in potentia. Immo de facto
ecclesia per canones penitentiales & per arbitrium
confessorum, nihil aliud facit quam quod poenas
debitas simpliciter pro peccatis, quae sunt cano-
nicae in potentia facit canonicas in actu adhi-
bendo illis formam canonicam, puta tot dies iei-
unii, &c. Ac per hoc ecclesia ex hoc ipso, quod
potest super poenas canonicas tam actu quam po-
tentia, potest super omnem temporalem debi-
tam pro satisfactione peccatorum: quoniam om-
nes tales poenae sunt canonicae aut in actu aut in po-
tentia: hoc est sunt aut determinatae per canones,
aut determinabiles, sunt aut iniunctae per sacerdotem,
aut possunt iniungi. Et propterea licet ecclesia in indul-
gentiis non conseruet nisi iniunctas poenas remitte-
re, ga ita sonat, posset tamen non iniunctas remittere:

Opusc. Caiet.

K sequi-

sequitur enim hoc ex nunc probatis, & fulcitur auctoritate diui Th. aliorumque doctorum.

Ad quartam dicitur, quod ly simpliciter, in duobus sensibus sumi consuevit. primo, vt equiualeat ad ly totaliter, secundo, vt excludat additionem, vt Aethiops non dicitur albus simpliciter, sed cum additione dicitur albus dentes, non autem quia dicitur albi sine additione aliqua, dicitur albi simpliciter. In proposito ergo si simpliciter sumitur, pro Totaliter, sic satisfactio sacramentalis quandoque satisfactio simpliciter, & quandoque non simpliciter: sed partialiter, quia quandoque adequat penam debitam peccatis, & quandoque non, & hoc est manifestum. Si autem sumitur pro sine additione, sic satisfactio sacramentalis semper satisfactio simpliciter, dum modo penitens agat illam recte dispositus: quia non solum satisfactio ecclesie, sed Deo pro tanta pena debita peccatis, quanta correspondet illi satisfactio sacramentali. Nec hæc voluntarie dicimus, sed probata efficaciter sunt ex supradictis. Augustinus die 29. Sept. 1518.

QVAESTIO V.

Num indulgentiis liberentur defuncti a penis purgatorij.

Quæritur vtrum ob plenariam indulgentiam concessam pro defunctis, & acceptata a viuis pro certis defunctis, animæ illorum defunctorum in purgatorio existentes liberentur totaliter a penis purgatorij. Videtur enim quod sic, quia indulgentiæ tantum donant quantum sonant: sed plenaria indulgentia sonat remissionem omnium peccatorum: ergo, &c.

Propterea, Indulgentia valet (ut dicunt doctores) per modum solutionis, ac per hoc indulgentia plenaria valet per modum solutionis plenarie: sed facta solutione integra alicuius debiti liber est debitor ab vniuerso quod debet: igitur habita indulgentia plenaria liberaretur anima a penis purgatorij.

Propterea, Doctorum sententia est, quod concurrerit tribus, scilicet auctoritate in dante, pietate in causa, & gratia in recipiente, indulgentia valet: sed hic concurrunt omnia: ergo, et confirmatur ex auctoritate prædicationis ecclesiasticæ: multi enim prædicando hoc dicunt.

In oppositum autem est, quia ex hoc sequeretur, quod per indulgentias posset pontifex expoliare Purgatorium.

Ad euentiam huius difficultatis supposito (pro ut rei veritas est) indulgentias non nisi per modum suffragij prodesse defunctis, tria sunt præmittenda & postmodum respondendum quesito. Primum præmittendum est de ista indulgentia in se, quid sit plenaria indulgentia per modum suffragij. Secundum est de modo seu via, quomodo perducatur indulgentia ad animas in Purgatorio. Tertium est de ipsarum animarum in Purgatorio dispositione ad percipientem indulgentiæ fructum.

Quod ad primum, à quid nominis inchoando, quia suffragium auxilium significat, & in proposito de ecclesiastico suffragio est sermo, modus suffragij modum ecclesiastici auxilij denotat: ita quod indulgentia per modum suffragij significat indulgentiam per modum ecclesiastici auxilij: hoc est per modum, quo nos per pia opera nostra suffragamur, seu auxiliamur defunctis. Nequit autem intelligi modus iste suffragij nisi ecclesiasticæ suffragia respecta fuerint: quoniam ad horum similitudinem indulgentia suffragij modum induit. Et quum trifariam nostris operibus suffragemur defunctis (vel modo bonis

operibus, de congruo tamen, defuncti alicuius liberationem a Purgatorio, vel impetrando nostris orationibus illam, vel satisfaciendo nostris passionibus, seu poenalibus operibus pro illis) & indulgentiam supponamus fieri ex thesauro superabundantium in ecclesiastica passionum, seu poenaliu operum, consequens est, si singulis reddenda sunt, vt indulgentia quæ penarum solutionem ecclesiastica auctoritate collatam sonat, quum ad modum ecclesiastici suffragij determinatur, non cuiuscunque ecclesiastici suffragij, sed satisfactorij suffragij modum induat: nam quum indulgentia, inquantum indulgentia, non sit nisi meritoria, neque impetratoria, sed satisfactoria: consentaneum rationi est, vt non induat modum suffragij meritorij, neque modum suffragij impetratorij, sed modum suffragij satisfactorij: ita quod indulgentia per modum suffragij, est concessa ex thesauro ecclesiasticæ opus satisfactorium per modum ecclesiastici suffragij satisfactorij: hoc est per modum, quo nostra satisfactoria suffragia operibus ferunt. Hæc de primo.

Quo ad secundum, quia scilicet via indulgentia per modum suffragij perueniat ad animas in Purgatorio, in promptu est, unde manifestum fiat. Ex hoc enim ipso, quod indulgentia modum ecclesiastici suffragij satisfactorij induit, una eadem est via per quam ecclesiasticæ suffragia satisfactoria pro defunctis facta (ut ieiunia peregrinationes, & alia huiusmodi) ad defunctorum animas perducuntur, & per quam indulgentia per modum suffragij ad illas peruenit. Et via hæc non est via iustitiæ, sed via gratiæ seu misericordiæ: quoniam vniuersa ecclesiasticæ suffragia diuinam efflagitant gratiam; qua hæc accepta sunt pro animabus illis purgandis, quibus suffragari intendimus. Quod ex duobus, ad propositum speculantibus declaratur. primo ex hoc, quod poenæ nostre (ut diuus Thom. docuit) sunt alterius & deficientis rationis a poenæ animarum separatarum, si cut poena pecuniaria est alterius ac deficientis rationis a poena seruitutis. Hinc enim fit, ut sicut seruitus pecunia non redimitur secundum iustitiæ rigorem, sed secundum Domini acceptationem: ita poenæ animæ separatæ poenæ nostris non redimuntur secundum iustitiæ rationem, sed secundum diuinæ misericordiæ dispensationem. Secundo ex hoc quod alter est forus noster, in quo nos patimur, & alter ac latior, in quo animæ separatæ puniuntur: noster est forus iustus, quasi canonicus vel civilis, ille rigorosus, quasi sanguinis & criminalis. Et propterea si quis hic ob debitam pecuniam in seruitutem redactus esset (ut olim fiebat) aut clericus in fori sanguinis decidisset: sicut non sufficeret amplius pecunia ad redimendum illum, nec poenæ canonicæ sufficerent ad redimendam clerici vitam: ita non sufficiunt passionibus nostris ad satisfaciendum pro poenæ animarum in purgatorio, quæ tamen nostræ passionibus sufficerent ad satisfaciendum pro eorundem relictorum poenæ in hac vita soluedis, antea scilicet quam in penas alterius rationis essent translatae in foro iustitiæ ac rigoris diuinæ iustitiæ: qualis est forus, in quo puniuntur animæ separatæ, spectant enim illarum poenæ ad statum poenarum inferni. Nec potes propterea ecclesiasticæ suffragia satisfactoria pro defunctis esse uana, aut incerta, sed scito esse utilia & certa: sicut etiam utilia sunt & certa suffragia orationum pro illis, quæ constat diuinæ misericordiæ inniti. Bene siquidem nobiscum, & cum illis agitur, si diuina gratia acceptæ, ecclesiasticæ suffragia satisfactoria ad releuamen animarum,

quæ

que in alia vita puniuntur, deducuntur. Nō est nō bis via iuris aliqua ad eundem forum illum ad alicuius redemptionem, sed gratia opus est. Manifestius quoque fit quod dicimus locum habere in indulgentiis pro defunctis, ex differentia inter modum, quo conceditur defunctis, & quo cōceditur viuīs: nam defunctis conceditur per modum suffragij: viuīs autem per modum absolutionis, vt patet extra, de p̄n. & rem. ca. quod autem. Vbi videre potes, q̄ ecclesiasticus princeps vtrobique authoritatie habet actum dispensandi thesaurum ecclesie, sed respectu viuorum superaddit actum absolutionis: respectu verō defunctorum nullum addit propriē loquendo, actum: latius tamen loquendo, addit actum modificatiuum ad suffragia ecclesiastica. Et merito sic fit: quoniam nos, qui viuimus, sumus subditi pontifici, & p̄nā nostrā ad forum presentis vitæ spectant; & propterea seruatis seruādis, indulgentia ad viuos desert viam iustitiæ per iudicis actum, absolutionem. Existēs autem in Purgatorio (ypote extra ecclesie presentis forū) à papa absolui non possunt, sicut nec ligari, & ideo indulgentia, quā authoritatie ex thesauro ecclesie confert illis per modum auxilij, ad eorū subleuationem mittit confidens in diuina misericordia quod acceptabitur ad subleuationem eorū, qui in foro ire & furoris Domini puniuntur, purgandi. Et est simile ac si sit princeps ciuitatis alicuius, ex gratia publico liberaturus omnes ciues are alieno grauatos, quorum aliqui sub suo dominio, alij in alieno iam propterea seruituti additi essent. In hoc enim casu princeps ex publico ærario authoritatie nūm mos dispensaret pro istis & illis: sed degentes sub sua iurisdictione etiam iudicialiter absolueret à debito; ad degentes autem alibi seruos non possent nisi per modum auxilij subuenire eorū pecunia illa; & alterius gratiam ac absolutionem expectare. Simili mō ecclesiasticus princeps ex thesauro ecclesie viuorum ac defunctorum p̄nas pro peccatis debitas soluturus vt risque thesauri ope dispensaret: sed viuīs applicat absoluendo illos, defunctis autem applicat auxiliando; hoc est vt ecclesie satisfactiua suffragia ad defunctorum liberationē dirigendo. Notanter autem dico, ecclesie, quoniam satisfactiōnes ex thesauro ecclesie dispensari intel liguntur, si proprie loquendum est, non ita ut sint istorum, quibus conceduntur, tanquā ipsimet opera illa fecissent, aut illi, qui fecerunt fecissent specialiter pro istis: sed tanquam ecclesie communia suffragia appropriantur singularibus personis. Est siquidem inter sacramentorum & indulgentiarum efficaciam differentia ad propositum, in hoc quod remissio p̄nā per sacramentum fit ex intentione ipsius Christi, cuius est sacramenti operatio, ita q̄ iste suscipiens sacramentum releuatur à tanta p̄na, ac si ipse passus fuerit patiente Christo, ut sacramentum Baptismi testatur, docente hoc Apostol. ad Rom. 6. & diuo Th. in 3. par. q. 69. Per indulgentiam autem, remissionem p̄nā consequimur, tanquam ecclesia pro nobis illa passa fuerit, quoniam abundantia passionum Christi, & Sanctorum ecclesie dispensationi credita, intelligitur donata ecclesie, vt commune ipsius ecclesie bonum, ac per hoc per ecclesie rectores, vt ipsius ecclesie sunt, ex intentione ecclesie applicanda his vel illis. Deueniunt siquidem passiones istæ ad thesaurum ex ecclesie intentione Christi & sanctorum ad commune ecclesie bonum in generali, & commissa sunt, ut ex intentione ecclesie ad hos vel illos. Et hoc ex

A plicatur in forma indulgentiarum pro defunctis, quum per modum suffragij proculdubio ecclesie conceditur. Deducitur igitur indulgentia ad defunctos nō iustitia, sed gratie diuinæ acceptatione ducit. Hæc de secundo.

Quod ad tertium prima fronte apparet, quod indulgentie sicut & alia communia ecclesie suffragia omnibus in purgatorio existentibus pro quibus fiūt, profint quoniam omnes tales inter ualde malos & valde bonos medij sunt, quibus secundum Augu. doctrinam ecclesie profint suffragia. Si tñ diligentius perspexerimus, oppositum apparebit, secundum Augustini doctrinam in enchiridio, & in lib. de Cura pro mor. agen. recitatam à Grat. 13. q. 2. Videtur enim quod ecclesie suffragia saltem specialia, & similiter indulgentie, quæ ut specialia suffragia subrogantur, illis solis defunctis profint qui in hac vita meruerunt, vt Purgatorio hæc illis prodesse. Et quoniam fructus, quem ex suffragiis anima quæ purgantur, percipiunt, ad præmium accidentale spectat, quum sit p̄nē temporalis remissio, consequens est quod non ad essentialē, sed accidentale meritum pertineat mereri in hac vita, vt suffragia profint in alia vita. Et si his ad iunxeris, q̄ huiusmodi accidentaliter merita non sunt omnibus in gratia decedentibus ad Purgatorium ducendis, perspicuum erit, quod non omnibus in Purgatorio indulgentia & alia specialia suffragia profint; quoniam non omnes hic meruerunt, ut hæc illis possint prodesse, quamuis omnes hic meruerint, ut hæc illis possint prodesse, quia hoc spectat ad meritum essentialē. Eodem enim merito, quo meruerunt vitam æternam tandem eis exhibendam, meruerunt, vt Sanctorum communione iuuari interim, & tandem frui possint. Videntur autem ad accidentaliter hæc merita spectare, deuotio magna ad clauēs ecclesie indulgentiæ donatiuas, misericordia, sollicitudo ad satisfaciendum pro peccatis, studium ad suffragandū defunctis, & similia. Et confirmatur quod dicimus authoritate diui T. dicentis in 3. par. q. 52. ar. 8. ad primum, q̄ in descēsu Christi ad inferos nō solum liberati sunt illi, quorū tēpus purgationi adueniat, sed illi qui ob specialem in hac vita deuotionē ad Christi aduentū, meruerunt, vt Christo visita te liberarent. Vbi uidere potes accidentali merito in hac uita tributū, ut p̄nā remissio in Purgatorio accelerata fuerit. Dicēdū ergo vñ, q̄ oēs, qui in Purgatorio sunt, p̄nt ecclesie suffragiis & indulgentiis iuuari, sed de facto specialibus suffragiis & indulgentiis nō oēs iuuantur, sed illi soli, qui hic meruerunt, vt illi iuuarentur. Cōibus aut suffragiis pie peccato oēs iuuari; plus tñ & minus s̄m diuinæ dispositionis gratiam. Nam qui in hac uita defunctos obliuioni dant, satisfacereque propriis peccatis negligunt, & sui ita sunt, vt vix cum gratia discedant, alienos a fructu omnium suffragiorum ibi crediderim, quāuis multa pro eis hic fiat, diuina vlciscēte iustitia, huiusmodi duritiam cordis atque incuriam. Hæc de tertio.

Ex omnibus aut præmissis facile patet responsio ad quæsitum. Liquet namq; nō omnes animas in Purgatorio oportere liberari propter plenariā indulgentiam illis concessam, tum quia multæ earū sunt forte de illarum numero, quæ hic non meruerunt, vt huiusmodi indulgentie illis prodesse: tum quia non constat, si huiusmodi indulgentia per modum suffragij coram diuina acceptata sit gratia pro illa anima.

Ad primum ergo argumentum dicitur, quod

indulgentiæ tantum donant, quantum sonat; apud tamen aures doctas, apud quas indulgentia plenaria sonat remissionem omnis poenæ pro peccato actuali iniunctæ. Et si extenderetur ad non iniuncta, semper subintelligeretur modus suffragij, qui non minuit rationem plenariæ, sed apponit modum, quo indulgentia plenaria fit auxilium tantum.

Ad secundum dicitur, quod indulgentia plenaria in presenti foro est absolute indulgentia: & ideo ualet per modum solutionis plenariæ. Sed indulgentia plenaria relata ad forum alterius uitæ, quia ut sic induit modum suffragij, ualet per modum solutionis plenariæ, suffragando tantum: ac per hoc expectando diuinæ gratiæ acceptionem. Et propterea licet indulgentia plenaria solueret: nihil tamen fieret nisi absolutio acceptæ a principe, cuius interest.

Quamuis possit etiam dici ultra plenariam solutionem requiri, quod ad debitorem perueniat fructus solutionis, qui potest impediri ex hoc, quod debitor non meruit in ista uita quod hæc plenaria solutio ei proficit, ut declaratum est.

Ad tertium dicitur, quod concursus illorum trium proposito nihil officit: quoniam non est hic sermo de indulgentia simpliciter, sed de ipsa per modum suffragij, qui modus licet non mutet indulgentiam, nec ipsius plenitudinem tollat: mutat tamen modum perueniendi ad eos, quibus prodest, quoniam ponit modum perueniendi per viam gratiæ. Hoc enim, ut declaratum est, importat modus suffragij.

Ad confirmationem autem de predicatoribus dicitur, quod predicatorum ecclesiæ personæ agunt dum predicant Christi & ecclesiæ doctrinam. Dum autem ex proprio sensu aut cupiditate dicunt ea que nesciunt, non agunt ecclesiæ personam, & ideo non est mirum si in istiusmodi verbis errant. Romæ 20. Nouembris 1519.

CAPITULUM VI.

Num papa auctoritate clauium det indulgentiam animabus in Purgatorio.

Vtrum papa auctoritate clauium det indulgentiam animabus in purgatorio. Et uideatur quod non. Primo, quia potestas Petro data non nisi super terram est, dicente Domino. Quodcumque solueris uel ligaueris super terram.

Secundo, quia ipse stylus literarum indulgentiæ pro defunctis expresse habet, quod per modum suffragij indulgentia animabus datur: constat autem suffragium non spectare ad potestatem clauium, sed ad suffragantium auxilium.

Tertio, quia hæc potestas non habetur ex sacra scriptura nec ex sacris canonibus: ergo, &c.

In oppositum uidetur auctoritas literarum apostolicarum.

Ad euidenciam huius sciendum est, quod quum actus clauium sit aperire, consequens est, ut actus clauium regni cœlorum Petro concessarum sit aperire regnum cœlorum, proculdubio ingressuris in illud, quos constat oportere esse membra Christi. Aperiri siquidem regnum, quum nihil aliud sit quam tolli impedimenta ingressus ad illud, sicut duplicia sunt impedimenta, ita dupliciter aperiri inuenitur regnum cœlorum. Sunt enim quedam impedimenta nature, hoc est ex peccato originali, & quedam impedimenta personæ ex peccato actuali. Et quo ad impedimenta peccati originalis, aperuit Christus per seipsum regnum cœlorum per passionem mortemque suam (in qua etiam portas abstulit: ut pote nunquam claudendas) & per Baptismum, in quo cœli aperti sunt, Quo ad impedimenta uero

personalia (que, scilicet ex peccatis nostris actualibus sunt: ut culpa & poena pro actualibus debita) per Petrum aperire regnum cœlorum statuit. Et propterea sicut ad potestatem clauium Petri spectat tollere personalem culpam per sacramentum poenitentię: dicente Domino, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: ita ad clauium Petri potestatem spectat tollere personalem poenam, que scilicet, per actuali culpa est debita: Vtraque, n. impedit ingressum hominis ad regnum cœlorum: alioquin clauis non sufficerent aperire, dum non sufficerent ad tollendum utrunque genus personalis impedimenti ad regni cœlorum ingressum. Et periclitaretur illa uniuersalis a Domino data auctoritas, Quodcumque

solueris super terram: nam si poena excipitur actuali peccato debita, iam non ad quodcumque soluentium extenderetur clauium subiunctus actus per dicta uerba. Clauium igitur Petri actus, cum sit aperire regnum cœlorum Christi membris, tollendo personalia culpa & poenę impedimenta, consequens est, ut quia indulgentiæ auctoritate ecclesiastica datę seruatibus seruandis tollunt poenam pro actualibus peccatis debitam, ad potestatem clauium pertineant. Et si his iunctum fuerit, quod indulgentiæ omnes eiusdem rationis sunt quo ad causam & effectum (ga omnes sunt ab ecclesiastica potestate dispensante thesaurum meritorum Christi & Sanctorum, quatenus satisfactoria sunt: & omnes tollunt poenam aliquam temporalem pro actualibus peccatis secundum diuinam iustitiam debitam) consequens erit quod indulgentia quę pro defunctis conceditur, ad potestatem clauium spectet: ad quam spectat concedere indulgentiam pro uiuis. Et confirmatur hoc ex ipso Romano ecclesię stylo in literis indulgentiarum pro defunctis: duo enim ibi dicuntur, & quod apostolica auctoritate indulgentia pro uiuis. in purgatorio concedit, & quod indulgentia ipsa per modum suffragij opituletur animabus in remissionem suarum poenarum. Docet enim per hoc Rom. Ecclesia: quod

apostolica sedes thesaurum meritorum Christi & sanctorum pro animabus in purgatorio dispensat auctoritate clauium: sola enim clauium potestas est apostolica auctoritate super aperiendo cœlorum regno ex meritis Christi & sanctorum animabus purgatorii, tollendo earum poenas impediētes illas ab ingressu regni cœlorum, ut patet.

Et quod ad animarum in purgatorio poenas relaxandas indulgentiam concessam trāsfert per modum suffragij, & non per modum absolutionis: quod scilicet absolutionis modo indulgentiam impedit uiuis, ut patet extra de pœ. & re. c. quod autem. Vnde patet quod indulgentia concessa uiuis & defunctis, hoc hēt commune, quod utraque ex potestate clauium dispensante thesaurum meritorum penaliū Christi & sanctorum in remissionem poenę temporalis pro actualibus peccatis debite concedit: sed modus, quo peruenit indulgentia ad utrosque, diuersus est, quia ad uiuos, qui illam consequuntur ueraciter, per modum absolutionis peruenit: defunctos autem, qui etiam illam ueraciter consequuntur, per modum suffragij liberet.

Ad primam ergo obiectionem concedit, quod papa non potest auctoritative absolueret animas existentes in purgatorio, sed aliud est absolueret auctoritative illas, & aliud est dispensare auctoritative thesaurum Christi & sanctorum pro illis, ut per modum suffragij absoluantur illæ, hoc enim papa facies non excedit fines iurisdictionis sue, quia non soluit auctoritative per hoc sub terra.

Ad secundam dicitur, quod stylus literarum apostolicarum continet quidem modum suffragii, sed non tantum: quoniam continet cum hoc autoritativam concessionem indulgentie. Et per ambo monstrat & autoritatem dispensandi, & modum suffragii in perveniendo ad animas in purgatorio.

Ad tertiam dicitur, quod hæc potestas satis habetur ex sacra scriptura, dum ex ea habentur claves Petri: & ex conditrice canonum Romana ecclesia explicarum est, quod modis diversis claves aperit regnum cælorum Christi membris vivis & defunctis, ut patet ex dictis Augusti die 15. Octob. 1518.

TRACTATUS DECIMVSSEPTIMUS de Contritione, unica quaestione contentus.

QVAESTIO I.

Num quando quis sui peccati mortalis recordatur, teneatur habere de eo contritionem.



Variatur, utrum quoties recordatur quis sui peccati mortalis, teneatur habere contritionem. Et est ratio dubii tum, quia partem affirmatiuam multi tenere videntur ex verbis S. Tho. in 4. dist. 17. q. 13. ar. 1. q. 4. dicentis: Ad contritionem tenetur homo quoniam peccata memorie occurrunt, quum præcipue in periculo mortis existit, aut in aliquo articulo.

Tum quia sicut quoties occurrit peccatum mortale ut a se committendum, tenetur homo refutare commissum, ita quoties ut a se commissum tenetur illud delectari.

Tum quia nec per momentum licitum est stare in peccato mortali: ac per hoc statim ut occurrit tenetur illud fugere: iuxta illud ecclesiastici 12. Quasi a facie colubri fuge peccata.

In oppositum autem est. Tum quia sequeretur, quod quoties (seu que aliquis & de commissio peccato occurrente sibi attenderet, peccaret mortaliter; quia non haberet contritionem. Tum quia efficax ratio non apparet præcepti ad contritionem pro tali tempore, scilicet memorie peccati.

Ad evidentiam huius dubitationis præmittendum est quod non est hic quod de peccato mortali semel contrito, quoniam hoc iam deletum prima contritione est: & sicut peccatum semel rite confessum non tenetur homo iterum confiteri, eadem ratione de peccato semel contrito non tenetur homo iterum conteri. Non enim indicat Deus bis in idipsum (ut dicitur Naum primo) tamen quo ad vindictam exteriori, quam per confessorum exercet, quam quo ad vindictam interiori, quam per actum ipsius poenitentis conterendo peccatum, exercet; sicut facit enim semel contritio, quod non placeant sibi commissiva se peccata. Et hoc siue contritio fuerit de aliquo mortali siue in generali: dummodo fuerit contritio illa sufficiens ad salutem usque ad tempus confessionis, quoniam singula detestando in confessione contentur in speciali. Est autem contritio generalis sufficiens ad salutem ad confessionem, illa, qua homo dolens de omnibus offensis Dei mutat liberare cor ad proponendum Deum omnibus et proprie vite, intendens congruo tempore confiteri. Et est sermo de contritione ipsius peccati secundum se, non secundum suum effectum; qui est retardatio a felicitate, ratione cuius totum tempus presentis vite est tempus contritionis: quia tempus peccati occupatum irreparabile effectum est per felicitatem. nec est hic quod de contritione in veritate, hoc est dolore charitate informato, quoniam,

quum nemo sciat utrum amore, vel odio dignus sit, si exigeretur certitudo vera contritionis, semper esset homo perplexus, aut nunquam cessaret obligatio contritionis, quod est falsum. Sed est questio de contritione quantum est ex parte poenitentis, hoc est quod quantum est ex parte conditionem requisitarum ad contritionem ex parte poenitentis est vera contritio quis nesciatur, an sit charitate informata: quia nescitur presentia charitatis. Et similiter est questio de peccato mortali a se commissio nunquam contrito, siue secundum veritatem, siue secundum estimationem.

Quibus præmissis sciendum est, præceptum habende contritionis & esse per se primo affirmativum & claudere in se præceptum negativum. Nam præcipit actum contritionis habendum, & per hoc est affirmativum, & præcipit non esse retinendum odium Dei, in quod ex peccato mortali incurritur, & per hoc est præceptum negativum. Et propterea primo tractandum est de vinculo eius, quatenus est affirmativum, & deinde quatenus est negativum, & demum quatenus est ex utroque mixtum. Præceptorum igitur affirmativorum natura quum sit obligare quidem semper, sed non ad semper, sed ad determinatum tempus, hoc est tempus necessitatis (ut Divus Tho. in 4. sent. dist. 17. q. 3. ar. 1. q. 4.) consequens est ut præceptum de contritione habenda non obliget nisi ad tempus vrgens ad contritionem, quod constat esse tempus tam mortis (quia summa est tunc necessitas contritionis: quoniam non remanet amplius tempus poenitendi) quam tempus ante sacramenti cuiusque susceptionem, aut administrationem; quoniam nisi tunc esset contritus, mortaliter peccaret suscipiens sacramentum, aut exercens actum, quem sine peccato mortali oportet exercere. Tempus autem occursum, quia in memorie occurrit commissum peccatum etiam practice (puta ut detestandum, seu conterendum) nulla apparet ratione esse tempus necessitatis; quoniam cum tali occursum stat hominem se habere circa commissum peccatum neutraliter, ac si non meminisset, ac si dormiret. Nam occurrente peccato commissio, ut materia detestationis habenda a me, possum tripliciter me habere, vel consentiendo in detestatione, vel aspernando detestationem, vel nec amplectendo, nec contemnendo: sed vel nullum actum voluntatis circa illam exercendo: & tunc est semper neuter, vel habendo actu velleitatis circa illam, puta quia vellem habere contritionem, quamvis in veritate non velim, quia non intendo abstinere, &c.

Si occurreret ergo memoria non necessitat hominem ad articulum aliquem, quo oporteat ipsum actum aliquem exercere (quo pacto ipsius necessitatis constituit & si ratione præceptorum affirmativorum perspexerimus, apparebit occursum non constituit ipsius necessitatis: nam in præcepto Baptismi quatuor mensibus memorie occurrat Baptismus, ut suscipiendus cum commoditate oblata, non propterea obligatio fit pro tunc ad Baptismum. Et similiter in præcepto confessionis, & in præcepto elemosynæ de superfluo, non tenetur quis tunc confiteri, aut elemosynam dare, quando memorie occurrit cum commoditate parata, ut patet ibidem ex Divo Tho. Si ergo in aliis affirmativis præceptis occursum exercendi actus commode, non constituit necessitatis tempus, consequens est, ut nec in præcepto contritionis habende occursum peccati, ut conterendi constituat tempus necessitatis. Oportet enim oppositum dicentem rationem reddere, quare a contritione regula occursum actus, & materia eum reliquis paratis in præceptis